

T.



STEPHANI BLANGARDI,  
MED. DOCT.

# LEXICON MEDICUM

GRÆCO-LATINO-GERMANICUM,

In quo termini totius artis Medicæ se-  
cundum Neotericorum placida definiun-  
tur vel circumscribuntur, Græca item  
Vocabula ex originibus suis de-  
ducuntur,

CUM PRÆFATIONE

GEORG. ERNEST. STAHLII, M.D.

P. P. O. in ACAD. FRIDERICIANA.

*Editio quarta auctior & emendatior.*



FRANCOFURTI AD VIADRUM,  
Impensis HENRICI GEORG. MUSSELII,  
Anno 1705.

THESE ARE THE  
THREE STAGES OF  
MAN'S LIFE  
1. Childhood  
2. Adolescence  
3. Adulthood

CHILDHOOD  
is the time of life when  
the body grows rapidly,  
and the mind begins to develop.

ADOLESCENCE  
is the time of life when  
the body reaches its full size,  
and the mind becomes more advanced.

ADULTHOOD  
is the time of life when  
the body is fully developed,  
and the mind is fully developed.

# SENECA.

Nulla res consummata est  
dum incipit.

*Et*

Etiam si omnia à veteribus in-  
venta sunt , hoc semper no-  
vum erit , usus & invento-  
rum ab aliis scientia &  
dispositio.

450-1022

20 December 1970

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

1000-1000

GEORGIUS ERNESTUS STAHL,  
M. D. P. P. Halensis,  
Artis Medicæ Cultoribus  
S. D.

Cum Medicina atque Physica, præ omnibus aliis disciplinis, longè maximum & uberrimum numerum rerum, corporarum inquam rerum, & corporearum affectionum, pro subiecto suo & objecto habeant, mirum certe esse non potest, si labore atque studio non exiguo indigeant ut tanto rerum numero comprehendendo, rectè satis fiat. Nota est, imo celebris, industria, quæ proxime finiti seculi ultimam medietatem occupavit, pro varie locupletando hujus diffusæ sed necessariæ notitiæ penu. Ibi enim pars patientissimam suam asiduitatem atque sagacitatem, indefesso plane labore, addixit scrutinii anatomico; attentissimæ, inquam, sectio- ni atque per vestigationi particularum corporis singularum, etiam minutissimarum. Imo non satis fuit, manibus instrumentorum acie armatis, hæc corporis penetralia rimari; inventa sunt oculorum arma, quæ subtilitatem ultrà tactus sensum positam, penitusima perspicacitate prosequerentur. Quibus sane me- ) ( diis

diis ingens numerus variarum rerum determinatus est, quæ physicam partim, partim etiam medicinam, non parum illustrare possint, si prudenter pensentur. Vocata etiam est in subsidium Chymia; ad minimum certe consilio non contemnendo, quicquid etiam circa eventum adhuc remanserit hiatum; præcipue quod justas interpretationes, explicaciones, & ulteriores applicationes experimentorum concernit. Ambitiosè vero, sub magnæ prærogativæ expectatione, in physicarum atque medicarum rerum auxilium advocata est, jam reliqua Mathesis, jam seorsim Geometrica, Statica, Hydraulic, imò tantum in genere Mechanica theoria. Quantum inde emolumenti in physicam æque atque Medicinam redundaverit, nostrum quidem jam non est dispicere; sed sufficit pensasse, quod utique magno studio atque nisi hæc omnia adminicula usurpata sint, ut ingens Studii hujus, imò rerum ipsi subjecientium, diffusio, quacunque illustratione sublevaretur. Methodus in hoc negotio observata fuit huic inde varia; communissimè tamen ad systematicam indolem instructa, nescio prope modum, annon hoc ipso plus difficultatis pepererit, dum res nondum sufficiente numero investigatas, mox presse coalescere posse, circumspectæ spei vix locum relinquit. Unde quidem magis laudanda

com-

comparet illa methodus, quâ, veluti magis  
 simplici, res sine affectato aliquo artificiali  
 nexu, magis simpliciter historicè, ita uti oc-  
 currunt, aut sibi mutuo succurrunt, commen-  
 morantur. Hujus quidem eximum speci-  
 men præstítit Illustris Academia naturæ Cu-  
 riosorum, dum historiarum potius singulari-  
 um nomine, quamplurima notatu ad modum  
 digna consignavit : liberum cuique relin-  
 quendo, non solum quo ordine illa inter se  
 connectere velit, sed etiam quid de ipsis col-  
 ligere aut statuere posít. Laborem autem  
 in hoc genere non contemnendum execu-  
 tus est, laboriosissimus Bonnetus, qui in Me-  
 dicina septentrionali collatitia, tum has, tum  
 alias quasdam similis instituti industrias ob-  
 servationes & annotationes in classes quas-  
 dam clinico pathologicas digesfit. Cui certe  
 operi, si undiquaque, sive ad frontispicium,  
 sive ad calcem subjecisset, ut hinc inde fecit,  
 numerum voluminum, & nominatam volu-  
 minum quam Authorum; aut ad hoc exem-  
 plum, etiam succinctus quidam Index, sive  
 illi operi, sive actis naturæ Curiosorum, adji-  
 ceretur, labor sane pluribus respectibus non  
 iniutilis foret. Interim, ut de hisce metho-  
 dis, in nullius tamen præjudicium, quid mihi  
 videatur, eloquar, non possum certe, quin  
 posteriori nonnihil plus tribuam, quam pri-  
 ori. Ita enim certe arbitror, si modo res ipsæ

sincere, & nuda historica, solida verò, fide  
commemorentur, quemlibet tandem pruden-  
ter judicandi compotem, usum eximium ex  
hisce recensionibus facile collectum esse.  
Imo vero nec improbandam censeo gene-  
ralem aliquam syntheticam methodum; quâ  
nempe res quæ recensendæ veniunt, sub  
summa quædam capita distributæ, ex odiosa  
propemodùm, nudâ tumultuarâ relatione  
quadantenuis vindicentur. At omnium ma-  
ximè timeo Systematicam methodum, quâ  
nempè sub exquisitione quodam nexu res  
tales referendæ assumuntur. Docet enim  
hoc constans experientia, quod hoc cœptum  
veluti solenniter veram historiam rerum  
commemorandarum labefactare soleat, ita,  
ut vel à priori illæ circumstantiæ, quæ semel  
adumbrato, nexu non æque respondent, ne  
quidem attendantur, sed illæ solum, quæ  
quantumcunque conspirare apparent, ani-  
madvertantur: vel à posteriori, observatæ li-  
cet, tamen dissimulentur, non nisi illis, quæ  
proposito deductionis filo obsequi videntur,  
in solenniorem scenam productis. Profectò  
verò dici facile non potest, quantum damni  
hæc affectatio intulerit reliquo utiliori stu-  
dio æque atque labori, dum bene parta ma-  
lè collocando, minus circumspectos ab omni  
veriore usu, & tantò magis fructu, laborio-  
sarum harum investigationum ac inventio-  
num,

num, abducit, & arcet. Hæc profecto, inconditè ac intempestivè demonstrandi atque docendi prurigo, cacoëthes quoddam, quia carcinoma fuit, quod melioribus studiis, à supradicto tempore, imò propemodum ab omni ævo, ita perpetuo vestigia premendo, ut umbra lumini, & invidia virtuti, passim dictorum laudabilium laborum fructus, non aliter quam infelix aliqua uredo, præfocavit atque intervertit. Illud certo certius effecit, ut præoptandæ videantur, nullo reali, dico scientifico atque causali, ordine sive nexu, institutæ commemorationes, præ ejusmodi perversu ordinis affectionibus. Sicut autem aliqualis ordo, quacunque nuda ἀταξία semper potior est, ita simplicissimam prope modum omnium syntaxin exhibit, collectiones tales secundum alphabeticum ordinem institutæ, quas vulgo, si nudas nationes seu vocabula recenseant, syllabos & indices vocant: si res etiam per ista nomina designatas suppeditent, Dictionaria vocari consueverunt. Quid à longissimo jam tempore, suo definitionum medicarum volume celebritatis apud Medicos meruerit Gorriæus neminem latet. Sicut autem progressus & temporum & artis varius, huic operi, non in nominibus æque, quam ipsis rebus, varios defectus conciliavit; ut nempe revere alii formales conceptus sive definitiones, illis

illis quas iste protulerat, substituenda vide-  
rentur: ita certè profundius mutata à dimi-  
dio seculo, non magis rerum quam opinio-  
num medicarum facies, ad antiquandum i-  
stud opus, ultimam quasi manum impo-  
suit. Propiore æstate successit Castellus,  
qui concinniore methodo huic scopo sa-  
tis facere visus est; sed cum in eadem tem-  
pora fluctuantium sententiarum, & πελυμόρ-  
Φων mutationum opinionum, indies etiam  
crescente disfido, hoc opus incideret, par-  
tim corrigendo, partim supplendo succurre-  
re, in se suscepit celeberrimus Bruno. Cum  
autem hæc etiam cura & industria, diffusioris  
justo apparatus speciem ficeret, successit  
tandem Stephanus Blancardus, qui idem ali-  
ter agendo, & formulam ad minimum suc-  
cinctiorem instruendo, insuper etiam ipsa no-  
vitate ut vocant operis, seu posterioritate  
temporis, illud assecutus videtur, quod olim  
ne quidem sine contentione, pro legibus  
Romanis constituendum fuerat: ut quicquid  
ultimo plebs Romana scivisset, illo populus  
teneretur. Susceptus certè est hic, hujus si  
nihil aliud omnino laboriosi viri, labor, usi-  
tatisima postremis his temporibus inter Me-  
dicos indulgentia, ut quatenus novus & ul-  
timus, non æquaretur solum prioribus, sed  
præferretur. Formæ certe concinnitas, non  
indigna est, quæ aliis præponatur, præter rem  
diffu-

diffusioribus. Quod enim v.g. Brunonianum Castellianum concernit, molem illam quam præ se feret, characteris speciosiori magnitudini plus debere, quam rerum farragini, vix non nudo adspectui dispalescit. At vero, cum hujusmodi libri non pro senioribus, sed pro juvenum seu tyronum in primis usibus fabrefacti intelligantur, qui visus acie vegetiore, si reliqua legitime cedant, præ aliis pollere solent, non solum nulla tanta necessitas majoris typi hic apparat; sed est etiam, quolibet tandem intuitu totius libelli, arctior moles, quæ characteris proportionem necessario requirit, juvenili apparatu; librario tanto convenientior, quo magis ad encheiridii, sive uti propiores Barbari loquuntur, Vade mecum, portatilem nempe, brevitatem, admovetur. Sicut autem disperses sunt diversorum hominum intentiones, ita jam dudum solennis est ille mos, ut sub diversis intentionibus, eandem rem, alias in aretum contrahendam, alias in amplum diffundendam, non sentiant magis quam suscipiant. Quid hoc nomine etiam huic Enchiridio Blancardiano haec tenus evenerit, monstrant ejus iteratae editiones, nunc altera vice in ipso frontispicio insigne augmentum præ se ferentes. Quod prudentissimus Seneca de moribus hominum conqueritur, dum illos asserit, satis sape mutari, sed non in melius,

melius, verum solum in aliud : illud optandum certe esset, ne in alia etiam hominum cœpta pari veritate quadraret. Melius sine dubio fuerat, præ numero vocabulorum augendo, meliorem definitionem rerum, nominibus illis designatarum, substituere ; & talium quidem rerum, quæ non in quolibet nomenclatore reperiri possunt. Sed cum illud haud paulò majoris studii atque laboris sit negotium, mirum esse non potest, sicubi pari facilitate in effectum deduci non potuit, quam nuda vocabulorum transcriptio. Minoris sine dubio, sed non tamen etiam nullius, laboris fuislet, sub talium rerum, quæ à variis variè describuntur, nominibus declarandis, etiam sine censuræ, aut cuiuscunque autoritatis prærogativa aut præjudicio, solum diversas diversorum acceptiones & explicationes, simpliciter recensuisse : ita certè verius locupletatum dici mereretur tale opusculum, sed reservandum hoc fortassis iterum novæ editioni fuerit, ut sincerior, ac vere uberior usus atque fructus hujusmodi instituto concilietur. Serius propositum suum mihi aperuit honestissimus Vir, DOMINUS HEINRICUS GEORGIVS MUSSELIUS, ubi non æquè integra res erat, confilio, nemdum auxilio convenienti suppeditando : nempe posteaquam jam propemodum abso- luto opusculo, commendationem aliquam libelli,

libelli, & sui in eo studii, a me petere suscepit, non displicebat, quod pro suo virili de publica utilitate ita bene mereri secum constituerit Vir optimus: interim cum opusculi hujus defectus huc usque perennes, satis cognitos haberem, maluissem quovis modo nihil, aut ad minimum utiliora conferre, ut opusculum in reliquo suo ordine tractationis universim melius exiret: cum autem, dicta ratione, jam ita præcurrens operarum festinatio, opportunitatem hanc præcluserit, dicam breviter, quid de universa utilitate hujus libelli sperare, polliceri, & ulterius suppeditare posse sentiam. Pro Tyronibus artis, quibus propriè ejusmodi nomenclatores destinantur, etiam universo suo antiquo æque, atque tanto magis præsente habitu, latè patentis usus est instrumentum; dum plerasque omnes res, quas commemorat, ad minimum generali conceptu ita dilucidè atque ad clasficum sensum explanat, ut utique fine sufficiente instructione vix unquam dimittat. Si quis autem usum ejus sibi fœcundiores parare cordi habeat, ille paucorum nummularum sumptu chartâ vacuâ pällas has interpolare poterit, & quæ, reverà etiam non ita maximo numero, hic esse senserit, breviter inserere: vel etiam ab aliis aliter traditas descriptiones, illis quæ hic recensentur, ad latus collocare. Neque tam  
men

men tam improbum laborem cuiquam suauferim, ut mire subinde disidentes plurium Authorum sententias prolixè transcribat; sed alibi brevissima sensus annotatione, alibi etiam allegatione solum Authoris aliter sentientis, memoriae suæ aliquod subsidium patret. Sicut etiam minime ineptum fuerit, ejusmodi libro uti ad annotandos qui magis ad manus esse possunt Authores, qui de difficultiore una atque altera hic commemorata re, forte luculentius egerunt. Quin autem liber hic, in primis cura atque impensis Domini Editoris, magna parte locupletatus, Medicinam discere aggredientibus, immensum quantum majori, quam pro tam levi, quo venditur, pretio, usui esse posse, contraria senam rationem esse dubitare. Unde quidem non tam hucusque nobis sermo fuit, de absolute hujus libelli usu summo, nec etiam de ejus, prout hac editione melius instruetus est, tanto majori utilitate: sed quomodo ille sine potuisse sine posset ad usum magis absolute plenum & locupletissimum adornare. Interim quidem illi, quorum usui hic liber & proprie dicatur, & inservire etiam aptissimus est, incipientes Medici Studii Cultores, diligenti ejus evolutione, pro evicatione perpetuæ dubitationis in legendis medicis scriptis privato suo studio atque industria, exoptatissime frui poterunt, & variis intel-

\* (o) \*

intelligendi, difficultatibus ita præsentissime  
levari. Sanè verò, non solum quæ monu-  
mento inscriberetur, sed ad posteritatem eti-  
am transcriberetur, digna fuit antiquæ since-  
ritatis, & ut illi quidem loquebantur, Græcæ  
fidei, commendatio Epicharmi, quæ tumulo  
eius inscripta memoratur: Πάյσι εῖπε χρῆστο-  
μα, μεγάλη χάρις ἀντῷ: quadrat illud om-  
nino etiam in hujus indolis operum colle-  
ctores, & sane nostro etiam Editori, non  
magis pro labore suo, quam studio, medici-  
næ nostræ sectatoribus inservienti, gratiæ de-  
bentur. Scrib. è Musæo, Halis Magde-  
burgicis, Nonis Juniiis MDCCIV.



$$x_1^{(n)} = \frac{x}{r} - \frac{y_1}{r} + \frac{p}{r} \cdot p$$

and the right of the left hand. The right hand is held straight, the fingers pointing downwards, the thumb pointing towards the right. The left hand is held straight, the fingers pointing upwards, the thumb pointing towards the left. The hands are held at shoulder height, with the fingers slightly spread apart. The gaze is directed downwards and to the right, focusing on the point between the hands. The breathing is slow and deep, with the abdomen expanding and contracting. The entire posture is held for approximately one minute.

102



# LEXICON MEDICUM.

## A.

**A**BAPTISTA, videatur *modiolus*, Derivatur ex privat. *α & βαπτίζω* immergo, quia immersi non potest, Germ. ein Trepant.

**A**BDOMEN, *Jubernali*, sumen, aqualiculus. Est venter insimus, Hepar, Lienem, Renes, Ventriculum, intestina, Vesicam &c. continens. Intus membranâ peritonæum dictâ succingitur, anterius in Epigastrium, Hypochondrium dextrum & sinistrum, Umbilicumque dividitur; inferior regio Hypogastrii nomine venit, nomen accepisse videtur quod abdit, seu abscondit viscera. Græcis *ὑπογάστριον*, *ὑπέρ*, *ὑπό*, *γάστριον*, *επάνω*, *κατάπάγεια*, *κατάπάγειον*, Germ. der Unter-Bauch.

**A**BLACTATIO dicitur, quando infans, annua agens unum aut alterum, à lactatione arcetur; Germ. das Gewehnen.

**A**BOMASUS & *abomasum* notat ventriculum quartum animalium ruminantium, qui in lactentibus maximus est, in ablactatis vero minor.

**A**BORTUS, est foetus immaturi ante debitum gestationis tempus, in lucem editio, quod fit ex succo nutritio abundantē, deficiente, vel depravato; item casu, iectu, subito terrore, gaudio effuso, diureticis, &c. Germ. Mißgebärung/ fröhzeitige Gebärung. Foetus

A

abor-

**abortivus** *Sueton.* Acortus *Cic.* exterrimus. *Festo* hujus generis est, quasi matre exterrita ante tempus natus. ἄλιτόμλωος Græce dicunt. ἔκτρωμα, ἔκβολος *Eurip.* κύημα ἀνθραῖον, ἀμβλωπεια, ἀμβλωπειος, ἀμβλωπος *Hipp.* ἀπόφρυζος *Eid.* ἀμβλωπειδιος, ἔκτρωσις, ἔκτρωσμός *Aristot.* ἔξαμβλωμα.

**ABSCESSUS**, vide *Apoſtema*, est exulceratio sœpe post eris in relictâ.

**ABSORBENTIA**, sunt Medicamenta, quæ ob certam eamque mechanicam pororum texturam salia acria & acida in corporis humani liquoribus hærentia imbibunt & absimunt, unde etiam *Imbibentia* dicuntur. Talia sunt terrea, alcalina, lap. ♀, corall.

**ABSTEMIUS** est qui cibis & potibus à Medico interdictis, se abstinet. Compositum ex abs & temetum. gr. αὐτοκράτος, G. der sich enthält.

**ABSTERGENTIA** sunt, quæ asperis, durisculis, acutis seu pectinatis ac scopalibus particulis, fôrdes ex superficie & meatibus corporum, (in quibus diversimode à spiritibus aliisque elementis fermentantur & moventur) abradendo auferunt, G. Abfegende Mittel gr. ἀμφέρεστα.

**ACAMATOS** est optima corporis humani constitutio & figuratio. Item non laborans, defessus, ex a priv. & κακού laboro, Laceyſſo.

**ACANTABOLUS** est instrumentum Chirurgicum *Volsella* dictum, quo spinæ œsophago inhærentes, eximuntur, ex Ακανθα spina, & βάλλω jacio.

**ACANTHA** est vertebrarum protuberantia posterior, spina dorsi appellata. Item arborum vel plantarum spina. ex ακη cuspis, & ασπίς oppono; insurgo.

**ACCESSIO**, vide *Paroxysmus*.

**ACCIDENS**, vide *Symptoma*.

**ACERIDES** vocantur emplastra, quæ carent cera. Gr. ακνεϊδες.

**ACETABULUM** est illa cavitas aut sinus in osse coxae seu ischio, qui etiam pyxis appellatur, capiti ossis femoris

moris recipiendo dicatus. G. die Höle des Hüfts  
Beins; Item glandulæ quædam in Chorio, Acetabula  
vocantur, de quibus vide *Cotyledones*. Græcis ο-  
τυληδόνες & πλεκτάσια κεροῖς. *Acetabulum Celsi*, *Plinio*  
lib. 25. cap. 19. *Athen.* lib. 2. *Dipn.* Barbaris, ut *Guil. de*  
*Salicet. Acceptabolis. Isidoro Orig.* lib. 16. c. 25. *Acitabu-*  
*lus.* traducta voce à mensis ad mensuras, imitatione  
græca ab aceto, seu æmula quantitate vasculorum  
quibus acetum embammatis loco apponitur. Græcis  
easdem ob causas ὑξύβαφος & ὑξύβαφος sic enim *Hesyo-*  
*bio*: ὑξύβαφος τὸ σκεῦος Hinc *Fannio* Oxybaphus *Isi-*  
*doro* l. d. ineptè Oxyfalus, qui ab acetabulo diversum  
ponit. Mensura tam liquidorum quam aridorum, est  
quarta Heminæ pars, *Marc. Empirico*, sive sesquicy-  
athus, *hoc est*, Unc. ij. & Drachm. ij. observatione  
communi. Aliis Unc. ij. ss. Græco *Nicandri* inter-  
preti τὸ ὑξύβαφος ἔχει ὄγριας, β. al. δύο. Atticis tan-  
tum XV. olei drachmas continet unc. j. & dr. vij.  
Mécurial. d. l. c. 2. græcis ita signatur, ξ. εο. *Isid.* l. d.

ACETUM est liquor acidus ex variis vegetabilium  
succis fermentatis productus, per particularum vola-  
tiliorum evaporationem & salinarum fixarum expan-  
sionem. Germ. *Eßig.* *Acetum radicatum* dicitur Chi-  
micos modo ipsum caput mortuum aceti destillati,  
modo id quod ex isto igne intensiori propellitur.

ACHLYS est oculi quoddam vitium caliginosum: re-  
censetur inter species *Amblyopie*, ab ἀχλύω obtene-  
bror. Germ. *Verdunkelung der Augen.*

ACHOR est crustosa scabies, in capitis superficie  
pruritum foetoremque excitans, à materia serosa, salsa  
& acri ortum trahens, ex & priv. & χωρεσ locus, quia  
parvum locum occupat. Differentia achoris & favi  
hæc est, quod in achoribus foramina sunt minora &  
visum quandoque effugiunt. in favis verò majora &  
manifesta. Dic. etiam, *Lachmen & Tinea* recens. Græ-  
cis ἀχωρεσ. *saphati* arabibus.

ACHROI sunt homines decolores, ut melancholici;

## LEXICON

A

cachectic & cholorosi vel ictero laborantes, ex & priv. & *χρόνια* color. Germ. Missfarbig.

**ACIA** Celsi idem quod *Fibula Chirurgorum*.

**ACIDA** *Dyspepsia*, vide *Dyspepsia*.

**ACIDULÆ**, sunt aquæ vivæ medicatæ ex terra scaturientes sale acido subterraneo & mineralium non nullorum, in primis ferri, tintura imbutæ. Germ. *Sauer-Brunn*.

**ACIDUM** est illa salis species quæ saporem acidum in lingua producit, alcali seu lixivioso quoad texturam è diametro contraria & cum eo commista effervescentiam excitat. A *Tacbenio* biga hæc  $\Theta$ ium, acidum & alcali, principia constituuntur omnium rerum, & operationum naturalium.

**ACINESIA** est corporis aut partis alicujus immobilitas ut in Paralyssi, Apoplexia, Syncope &c. ex & priv. & *κίνησις* moveo. G. Unbeweglichkeit.

**ACINI** sunt granula minutiora sive per se crescant, ut acini, id est, baccæ sambuci, sive aliis inclusa, ut acini uvarum, quin & ipsas uvas integras sonant.

**ACMASTICA**, idem quod *Synochus*, ab *ἀκμάζω* invalesco, vigeo.

**ACME** est morborum vigor, seu status & summa: Morbi pleriq; quatuor tempora habent: primum dicitur *ἀρχὴ* id est, *principium*, seu invasio, cum nimirum adhuc omnia sunt cruda. 2. *Αἰώνεις* sive *augmentum*, cum materiæ morbificæ coctio appareat. 3. *Ἀκμή* sive morbi *vigor*, cum coctionis notæ maximè urgent, & plenius eluent. 4. *Πορεκμὴ* seu *declinatio*, quando morbus deferbuit & æger extra noxam judicatur; nemo enim in declinatione moritur. Temporum ista diversitas oritur, quatenus sangvis assimilatur succis crudis, qui cruditatis, maturationis, defectionis & volatilitatis tempora habent, ita res in febribus aliisque morbis sic peragi dici potest. Item Athletarum supremus vigor hoc nomine venit ab *ἀκμάζω* vigeo.

Aco-

**ACORUM** est medicamentum quod Lasitudinem è vehementiore motu corporis contractam illitu sopit, & dolores levat: è calefacientibus mollientibusque conflatum, ex a priv. & ~~κοπιάζει~~ lasso.

**ACOR** notat corruptionem humorum in corpore, quando ad aciditatem vergunt, vel ad eam jam per venerunt. Germ. eine Säure / eine Schärfe des Ges blüts.

**ACOSMIA** est status sanitatis perversus cum faciat decoloratione, ex a priv. & ~~κοπιάζει~~ orno.

**ACOUSTICA** sunt medicamenta auditum juvantia. ab ~~ακύων~~ audio G. Mittel zum Gehör.

**ACRASIA**, est intemperies sive qualitatum in mixtione excessus, ex a priv. & ~~κορόνης~~ temporo.

**ACRISIA** est turbulentus morborum status, adeò ut rectum judicium sumi vix possit. ex a priv. & ~~κορώνης~~ judico.

**ACROCHORDUM**, est verrucarum species, verticis chordæ resectæ secundum extremitatem suam similis. ex ~~ακρη~~ summa & ~~χρεδη~~ fides.

**ACROMIUM**, est scapulæ processus superior, sive humeri summitas, ubi cum scapulis jugula committuntur. ex ~~ακρη~~ summus, & ~~αμυ~~ humerus. ~~ακραμιον~~ Rufe ~~τωμης~~ Eurip. ~~αμυ κοφαλι~~, ~~ακροκαλι~~ Germ. das Haupt des Schulterbeins.

**ACROPHALUM**, est umbilici medium γυργαμα, ab inextrabilis sagenæ contortæque specie, μηρομφαλιον Germ. das Mittelste des Nabels.

**ACROS** est athletarum & morborum vigor. Item ossium prominentiae. Digitorum extremitates & herbarum summitates. ab ~~ακριζω~~ excelsa perambulo.

**ACROTES**, est vigor, summitas & extremitas alicujus rei. Particulæ sulphureæ & salinæ ad ~~ακρότητας~~ evenetæ: hoc est ad summum vigorem. ab ~~ακριζω~~ summa peto.

**ACTIO** est operatio sive Functio, quæ ab homine vel solo corpore, vel corpore & mente peragitur. est-

que vel *Animalis* quæ dependet à cerebro; vel *Natalis* à cerebello. G. *würfung*.

**ACUERE** in Chimia & Pharmacia notat virtutem menstrui vel medicamenti intendere ac augere, additione alterius penetrantioris.

**Acus** est instrumentum Chirurgicum notum. Denotat etiam instrumentum, quo deponuntur cataractæ oculi. **Acus Paracentica** est instrumentum quo perforatur abdomen ad evacuandam aquam collectam.

**Acutus morbus** est, qui cum magno periculo, brevi tempore finitur, estque vel *perperacutus* sive *peracutissimus*, qui tertio vel quarto die terminatur: vel *percutus*, qui usque ad septimum diem extenditur: vel *acutus* simpliciter, qui ad decimum quartum vel vigesimum diem ad summum durat: vel *acutus* ex decidentia, qui quadragesimum diem pro summō termino habet. Germ. eine geschwinde / gefährliche Krankheit. **Præcipitem** non male cum *Scribonio* dicas, aut *celerem eum Aureliano*, pernicialis *Livio* dicitur, qui *celeriter* necat aut liberat hominem. Græcis ὁκὺ οὐσία καὶ πάθος.

**ΑΔΗΛΟΣ** idem quod insensibilis. ἀδηλος διαπλοι insensibilis transpiratio.

**ADEN** est glandula: quæ est vel *conglobata*, ut glandulæ mesenterii, pinealis, ingvinales &c. cujus officium est, humorem sequestratum ad venas ablegare: vel *conglomerata*, ut glandulæ salivales, pancreas &c. quæ suum succum per proprios ductus in cavitates notabiles deponit. Constant ex plurimis vesiculis & fibris sive canaliculis, confuso ordine dispositis. Adeo quandoque pro bubone p. n. sumitur.

**ADDERHAGIA**, ἀδηλφεγία est puerorum voracitas, qui subinde alios cibos, prioribus nondum concoctis, assumunt. Græcis componitur ex ἀδηλῳ largiter & φάγῳ comedo. Germ. das überflüssige und unordentliche Essen der Kinder.

**ADERIS** sive *pingvedo* est pars similaris, ex sanguine sulphu-

sulphureo & terrestri genita, mollis, alba, insensibilis, internum colorem conservare & tempore inediae corpus nutrire apta. Palpebrae, labia, penis, scrotum, testium membranæ, cerebrum, tendines, nervi, ossa &c. adipe & pinguedine destituuntur secundum naturam. Adeps & Pingvedo differunt in eo, quod adeps sit pinguedine crassior, durior, & terrestrior. adeps ex sanguine per vascula peculiaria, in sacculos sive vesiculas appropriatas fluit, quemadmodum ex observatione *Malpighii* constat. Germ. Schmerz Fett.

**ADIPNEUSTIA** est praepedita, per insenfibiles corporis poros, perspiratio. ex a priv. & ~~trans~~ perspiro. Germ. Verstopfung der Schweißlöcher.

**ADNATA** tunica est membrana oculi communis, conjunctiva dicta, originem habet à cranio, tunicæ cornæ adnascitur exterius, &c. ut species visibiles cornem transeant, anterius foramen rotundum relinquit, cui annexa est altera innominata, ex tendinibus musculorum oculum moventium conflata. Propter colorē album, *Albuginea* appellatur. Germ. das Weiße im Auge.

**ADULTERARE** in pharmaceuticis notat falsa & inutilia medicamentis tam simplicibus quam compositis fraudulenter miscere, ac loco genuinorum vendere. Germ. verfälschen.

**ÆGAGROBILUS** *aiyazostla* est pila seu globulus in ventriculo primo aut secundo rupicaprarum repertus, dupli substantiæ prædictus, quarum interior aut fibras radicum, aut filamenta plantarum refert; exterior verò coriaceam cutim, interdum etiam lignosum corticem, rarissime crustam lapideam æmulatur. Gr. dicitur ab *aiyaz* rupicabra, & *nia* pila. Germ. Gemsen Kugel.

**ÆGILOPS**, Angilops & Anchyllops, est tuberculum, ut plurimum cum inflammatione, carunculam maiorem oculi obsidens. Sæpe *Anchyllops* & *Egilops* confunduntur; quidam tamen distinctionis gratia dicunt,

quod *Anchylops*, sit tuberculum, inter angulum oculi majorem & nasum, nonum apertum. *Egilops* vero dicitur tuberculum inter nāsum & oculi angulum, quod si tempestivē non aperiatur, os subiectum cariēm contrahit. *Egilops* sāpē pro *lachrymali fissula* sumitur. Item *species graminis hordeum encans*. ex. *æg caper*, & *æg facies*, vultus. G. ein Gersten-Rorn.

*ÆIPATHIA*, est passio longo tempore perseverans. ex. *æg semper* & *πάθος* passio.

*ÆROMELI* est manna, sive mel aëreum: in *Calabria* enim aliisque locis, continet aér plurimas particulas melleas, cuicunque objecto (arboribus, soliis &c.) no-stu adhaerentes, quæ à sole diurno, ulterius excor-quinuntur & condensantur. ex *æg aér*, & *μέλι* mel.

*ÆROSIS* & *ærascentia* nonnullis notat rarefactionem, subtilisationem humorum in corpore, in primis chyli.

*ÆRUGINOSA BILIS* vid. bilis.

*ÆTAS* est pars durationis vitæ. in qua ex perenni actione & fermentatione spirituum & sanguinis, tem-peries corporis humani sensibilem mutationem susci-pit. Estque sextuplex, *Pueritia* nempe ad annum quintum, quæ distinguitur in tempus ante, in, & post dentitionem. 2. *Adolescentia* ad annum decimum octa-vum, & adolescentia propriè dicta ad vigesimum quin-tum. 3. *Juventus*, à vigesimo quinto ad trigesimum quintum. 4. *Virilis ætas* à trigesimo quinto ad quin-quagesimum. 5. *Senectus* à quinquagesimo ad sexagesi-mum. 6. Hanc sequitur *Decrepita ætas*, quæ tandem in mortem terminatur.

*ÆTILOGIA* est causa seu ratio, quæ de rebus natu-ralibus & præternaturalibus, in corpore humano con-tingentibus, fertur. Unde *Ætiologica* pars medicinæ est, quæ causas morborum sanitatis exponit. ex *ætia* causa. & *λόγος* ratio.

*ÆTILOGICA*, vide *Ætiologia*.

*AFFECTIO Hypochondriaca*, videatur *Hypochondriacus affectus*.

AFFE-

AFFECTUS idem quod *Pashema*.

AGERASIA est infenescientia. ex a priv. & γένεσις senectus.

AGONIA est timor & animi contrastatio. ab αγωνίᾳ anxius sum.

AGONIA est sterilitas, sive impotentia uteri, qua semen virile corruptitur. ex a priv. & γένεσις fio. Germ. Unfruchtbarkeit.

AGRESTA idem quod Omphacitum.

AGRIPPA, dicitur is qui pedibus prius editis ex utero nascitur. Germ. ein Kind das in der Geburt mit den Füssen zu erst kommt.

AGRTPNIA, est Vigilia sive insomnium, sit à nimia agitatione vel accensione spirituum animalium in cerebri poris, unde nulla pororum concidentia & quies. Idem est quod ἀναριθμ. ex a priv. & υπερσομnus. G. Übriges Wachen / Schlafflosigkeit.

AGRYPNOCOMA, idem quod *coma vigil*.

AGRRTA, Circulator, sive *circumforaneus*, qui medicamentis empiricis vendendis populum in foro congregat. ab αγρέτῳ populum congreto. Germ. eist Quack-Salber / Storger.

AISTHESIS, sive sensus, estque *externus* ut visus, auditus, odoratus, gustus & tactus. Vel *internus* ut vulgo sensus communis, phantasia, aestimativa, memoria: verum duo sufficiunt phantasia nempe & memoria. Aistesis sive sensus est receptio, qua motus à corpore aliquo objecto, fibrillis nervorum impressus, sensorio communi, sive initio medullæ oblongatae, mediantibus spiritibus animalibus in nervis existentibus, communicatur. ab αἰσθησιᾳ sentio.

AISTETERIUM, est sensorium commune. ab αἰσθετολογίᾳ dicitur τὸ ιντερον αἰσθετικόν quod Cartesius, alii que hujus asseclæ glandulam pinealem esse volunt: verum sensorium commune debet esse ubi sensuum externorum terminantur, qui non in glandulam pinealem, sed (ut ingeniosiss. Th. Willisius demonstravit)

vit) circa initium medullæ oblongatae in corpore striato, suum terminum conseqvuntur, ab ~~αιθαλομα~~ sentio.

ALÆ dicuntur latera nasi; Nymphaeum pinnulæ, seu labia pudendi muliebris, πλευραὶ ματαὶ, μυρτοχηλαὶ, περιτοῦ Polluci, Hippoc. & Rufo, ιχθύες Aristoph. Superior pars auris. mystaces: item axillæ. gr. μαζάλη & οὐρανός. & procesit osfis sphenoidis.

ALANTOIDES, vide *Alantoides*.

ALATUS πλευραῖς Hippocrati denotat eum, qui scapulas retro prominentes habet, estque signum tabis periculorum ob vitiosam thoracis conformatiōnem & angustiam.

ALBARAS NIGRA, vide *lepra gracorum*. Albaras alba, vide *leuce*.

ALBIFICATIO albatio denotat chimicis transmutationem metallorum, præsertim cupri, in argentum.

ALBUGINEA oculi, est tunica oculi alba, à periocranio oriunda; quæ corneæ tunicæ accrescit & foramen anterius pro pupillæ apertione relinquit. videatur *tunica adnata*

ALBUGINEA testis, est membrana, testem immodiate involvens.

ALBUGO oculi, idem quod album oculi. Item macula alba in tunica cornea, vel ab humoribus, p. n. vel à cicatrice aut exulceratione, excitata. Germ. ein weißer Fleck im Auge. Græcis λευκωμα, & αίρησις.

ALBUM OCULI, dicitur ubi tunica adnata & albuginea sclerotæ tunicæ adnascitur, das Weisse im Auge.

ALBUMEN OCULI, vel *albugo*, λευκός, συνδόγη, πυρλάστης, idem quod *album oculi*.

ALCALI, dicitur ea salis species, quæ saporem urinosis seu lixiviosum lingvæ exhibet, acido contraria est, & cum eo commissum effervescentiam excitat. Duplex est, volatile ut  $\Theta$  C. C. urinæ, & fixum, ut  $\Theta$   $\Sigma$  tri & omnia salia è cineribus & lixivii parata.

parata. Tachenio cum acido constituit alterum omnium rerum principium: Dicitur etiam lixivum, vel fixiviosum. Nomen ab herba *kali* accepisse affirmatur, ex cuius sale *Egyptij* ut & nostrates vitrum consciunt.

ALCALINUM denotat corpus terreum, vel aliquas salis alcali particulas continens, vel saltem similes cum eo affectiones possidens, praesertim in concurso cum acido qualia sunt lapides , corallia, calces, magisteria.

ALCHYMIA, idem est quod *Chymia*.

ALCOHOL, est purior substantia rei segregata ab impuritate sua. *Alcohol* significat pulverem subtilissimum & impalpabilem, interdum spiritum rectificatisimum, ita ut accensus ardeat, donec totus consumatur, nihilque phlegmatis in fundo remaneat.

ALCUL idem quod *Alcohol*.

ALCOOL idem quod *Alcohol*.

ALEMBICUS seu *Alembicum* est instrumentum chymicum, quod cucurbitis & vesicis destillatoriis super imponitur. Habet formam galeæ, intus concavum; extus convexum circa infimam partem rostrum habet cubitale, per quod vapores descendunt. Si sine rostro fuerint, usum potius in vasis circulatoriis obtinet. Conficiuntur ex aere, stanno, vel vitro. Germ. *ein Helm / ein Alembic*.

ALEXIPHARMACUM est medicamentum, quod venena arcet, ne corpus humanum lœdatur; sunt autem ea quæ sanguinis debitam consistentiam conservant, ne à veneno adeo facile turbetur. ab *ἀλιξι* arceo: & *φάρμακον* venenum. Germ. *ein Gegen-Gift / Gifttreibende Arzney* dic. etiam *Antidotus & Alexiterium*.

ALEXITERIUM est remedium, ne venenum suscipiatur, corpus conservans. ab *ἀλιξι* arceo, & *τηγίσιον* conservo.

ALGENE, sive dolor, est tristis sensatio, à molesta nervosarum partium irritatione cerebro impressa. Oritur

tur ex continua solutione sensibili vel insensibili. ab ἀλγείᾳ doleo. Latinis *dolor*. Græc. πόνος, ὁδύτης, πάναστος, πόνος ἀλγεια. Germ. *Pain-Schmerz*.

ALGEMATODES, idem quod *Algema*, ex ἀλγείᾳ doleo, & ἄρθρο forma.

ALHASEF, idem quod *Hydros*.

ALKAHEST universale dicitur menstruum sive liquor resolvens corpora in primam sui materiam, servata seminum potestate, formaque essentiali, magni nominis, si modo paris effectus, quem quisque suo processui tribuit. Nonnulli pro mercurio præparato accipiunt, alii tamen pro tartaro. De triplici alcahest, vegetabili, animali & minerali, vide Cnöfelius. Misc. Ac. Nat. Cur. An. VI. Append.

ALICA notat alimentum ex frugibus decorticatis paratum e. g. Zea, hordeo, tritico &c. Germ. *Graupen*.

ALIFORMES processus, sunt prominentiae seu alæ ossis cunei formis, à parte anteriore. Græcis πλευραῖς, & πλευραῖς.

ALIMENTUM est corpus, animalis naturæ ita simile & conveniens, ut ab ejus calore & fermentatione subigi, & in naturam ejus converti possit: estque potus & cibus. Respectu graduum, ab Hippocrate tripliciter accipitur; unum *Futurum* alimentum, quod ab ore in ventriculum delabitur: aliud *quasi* alimentum, nimimum sanguinis arteriosus & spiritus animales: tertium, *tertum* alimentum, quod appositum partibus agglutinatur, & tandem assimilatur. Græc. τροφὴ G. *Speise / Nahrung*.

ALINDESIS, est corporis exercitatio, qua oleo uncti se in pulvere volutabant, ab ἀλυδίῳ volvo, vel ab ἀλίᾳ voluto.

ALIPASMA, est pulvisculus, qui oleo commixtus, ad cohibendos sudores inungitur. ab ἀλιφῷ inungo.

ALITURA est actio corporis vivi, qua perpetuus sanguinis, spiritus, substantiaque defluxus, ope succi ali-

alimentarii novi, præparati sive fermentati & in partes alendas impulsi, continuo instauratur. Græcis θεραπείαις.

ALLANTOIDES est tunica urinaria, *Fartiminalis* dicta, inter amnion & chorion collocata, quæ per umbilicum & Urachum, è vesica urinam accipit, ab ~~etiam~~ farcimen, & ~~etiam~~ forma. Nam in plerisque brutis farciminis instar figuratur; in homine vero aliisque animalibus paucis rotunda, & figuram amnii adipisciatur. Latinis *farciminalis tunica*.

ALLOIOTICUM est medicamentum fermentando & defæcando sanguinem alterans & purificans, coctum ut plurimum ex *rad. taraxici*, *cicborei*, *faniculi*, *passulic*, *Herb. endib.*, *bellid.* *Lathuc.* *acetos.* *fumar.* &c. ab ~~etiam~~ altero, vario. G. eine Blut-Reinigung.

ALOGOTROPHIA, est improportionata nutritio, ita ut una pars corporis majus incrementum accipiat, quam altera, ut in *Racbitide*. ab ~~etiam~~ rationis expersa & ~~etiam~~ nutrio.

ALOPECIA est *Plin.* capillorum defluvium à lue venerea vel aliunde excitatum. ex ~~λύκωνις~~ vulpes, & ~~πίτην~~ cado, à vulpe cuius lotium effæta dicitur reddere loca in annum, ut *Callimachi* scholia stes annotat: vel à malo, vulpi peculiari. Vocatur etiam *ιφιασις* à figura quod partes glabræ & pilis destitutaæ tortuosæ instar serpentum videntur. Utrique huic affectu commune est, quod areatim pili decidunt; unde etiam in genere hoc malum *area* vocatur. Germ. das Ausfallen der Haare.

ALPHUS, ita describitur à *Cels.* ἄλφος dicitur ubi color albus est ferè subasper, & non continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Interdum etiam latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit. *Alphus* etiam appellatur *Morphea*, procul dubio à μορφῇ, quod scilicet cutis color in album, vel nigrum (& tunc vocatur μέλας) mutetur. ἄλφος dicitur ab ἀλφαινει muto, differt à leuce quod Alphus non tam altè penetrat.

ALTE-

**ALTERANTIA**, idem quod *Allotistica*.

**ALTERATIO** est sanguinis depuratio, sive præparatio & expurgatio, per venæ sectionem vel purgationem. eine Reinigung des Bluts.

**ALUDEL** est vas sublimatorium, ex vitro vel terra paratum, utrinque apertum, ut eorum plura sibi invicem aptari & omnibus tandem alembicus coecus imponi possit. Usurpantur talia vasa in præparatione fl. 金is.

**ALUTA** vocatur in foro Medicò illud corium cui illinuntur emplastra.

**ALVEARIUM**, est cavitas auris internæ, juxta meatum auditorium, ubi fordes flavæ & amaræ gignuntur.

**ALVIFLUXUS**, idem quod *Diarrhea*.

**AMALGAMATIO**, est metalli corrosio per Mercurium.

**AMATORIA FEBRIS** idem notat quod chlorosis.

**AMAUROSION**, est in rebus eminūs, & cominūs positis, videndi obscuritas, ita tamen ut nullum vitium externum in oculo vel accuratè inspicienti apparet: idemque ejus vitium in nervi optici obstructione consistit: vocatur etiam *gutta serena*. ab αμαυρώμ obscuro.

**AMBE**, est eminentia ossium superficiosa. Item, instrumentum Chirurgicum, quo brachia dearticulata restituuntur.

**AMBLOTICA** sunt medicamenta abortum facientia. ab αμβλωσις abortio. unde αμβλωσις & αμβλωμа abortus. G. Frühtreibende Mittel.

**AMBLTOPIA** est visus obscuritas: quæ est quadruplex: *Myopia*, *Presbytia*, *Nyctalopia* & *Amaurosis* de quibus suo loco. ex αμβλω̄ obtusus, hebes, & οπίμω video. Dunkelheit des Gesichts.

**AMBONÆ**, idem quod *Ambe*.

**AMBROSIA** est medicamentum solidum, sed ea qua fieri potest gratitudine præparatum: à Deorum cibo

cibo denominari videtur, quia solis diis *Ambrosia* in cibum facescit, ut nectar in potum. ex a priv. &  $\beta\mu\tau\circ s$  mortalis.

AMBUSTIO, est continui solutio, à materia externa adurente causata, cuticulam semper, cutim plerumque, nonnunquam etiam musculos, venas, arterias, nervos atque tendines laedens. Germ. der Brand.

AMENTIA est dilirii species vid. *Delirium*.

AMETHODICUM est, quod sine methodica & dogmatica ratione fit, ut solent Empirici. ex a priv. &  $\mu\acute{e}t\circ d\circ$  recta ratio ad invenienda auxilia.

AMETHYSTA dicuntur medicamenta quæ ab ebrietate præservant.

AMICULUM idem est quod amnion.

AMMA, sive *Bracherium* est vinculum Herniosis utille, quo ingvina, ne intestina foras ruant, arctè cum abdomine, costis, lumbisque connectuntur. ab  $\alpha\pi\tau\circ s$  connecto: Bracherium nomen accepisse videtur à cingulis quæ lumbis & renibus adaptantur, ab *Isidoro Brachiale Monachorum* vocatum, succinatorium, Brachile seu Brachiale dicitur, quamvis non Brachiorum sed renum sit cingulum. Rebrachiatorium *Cassiano*, unde dubio procul natum Bracherium Chirurgorum, cingulum nempe herniam intestinalem substringens. G. ein Bruch-Band.

AMNION, est membrana fætum in utero proximè ambiens, quæ etiam cum reliquis secundinis post partum expellitur, chorio longe albicantior atque tenuior est. Continet non tantum fætum sed & humorum nutritium, quo fætus per os & gulam alimentum sibi sugit. Exterius membranâ urinariâ, & chorio investitur, quæ sibi invicem adeo tenaciter quandoque adhærent, ut vix avelli queant. ab  $\alpha\mu\circ s$  agnus, sic ab ejus teneritudine dicta & mollitie. Alii à  $\mu\acute{e}r\circ s$  animus, & quasi  $\alpha\mu\circ s$  id est  $\alpha\cdot\alpha\cdot\mu\acute{e}r\circ s$   $\kappa\eta\gamma\alpha\mu\acute{e}l\circ s$ , vel tanquam  $\alpha\mu\circ s$  vas inter sacrificandum, sanguinem excipiens.

**AMOLYNTUM**, est medicamentum, quo tractato, manus non inquinantur. ab ἀμολύνω non inquino.

**AMPHEMERINUS** est morbus quotidianus. unde πυρετός ἀμφέμερος febris quotidiana. ex ἀμφὶ circum, & πυρετός dies.

**AMPHIBLESTROIDES**, sive *tunica retina* oculi, mollis est, alba mucosaque substantia, cui nomen inditum quod *projecta* in aquas reticulum amuletur. Protenditur ab ipso nervi optici centro, supraque vitreum humorem expansa ad ligamentum ciliare porrigitur: hæc tunica siquidem albida & medullaris est, ab ipsa nervi optici substantiâ medullosoâ, ac fibroso procedente: ut sit fibrarum nervearum, quæ illic in unam fasciam colliguntur, quasi in velum retiforme expansio. Revera si integer oculus pro flore, qui cerebro per nervum opticum, velut caudicem accrescit sumatur, tunica retina erit flos ipse, ac duæ priores tantum calicis vicem præstabunt. Habet se intra oculi thalamum velut paries albatus, qui species visibilis, per foramen caneræ atratae admissas excipit representatque, cui species sensibiles imprimuntur, & à quo eadem πράστη αἰδητηρίᾳ communiter ex ἀμφίβλεψος rete, & ῥιζῇ forma.

**AMPHIBRANCHIA** sunt loca circa tonsillas. ex ἀμφὶ circum, & βρέγχῳ raucedo.

**AMPHIDEUM**, est caput oris uteri, labris cucurbitarum simile. Græcis ἀμφίδαιον, ὄφειον, λέγυπτον. Gal. in gloss. ή πει τὸ σόμα τῆς μήτρας ἐλικοειδῆς ἵπατάσσοντος.

**AMPHISMILA**, est instrumentum Anatomicum, secundis cadaveribus utile. ex ἀμφὶ circa, & μελίσσῃ membranatim concido. συμβολὴ est specillum.

**AMULETUM**, idem quod *periamma*.

**AMURCA** notat sedimentum seu feces olei olivatum. Dicitur etiam nonnullis de recrementis sanguinis crassioribus terreis, tartareis.

**AMYGDALÆ**, idem quod *Antiae* & *Paristhyma*.

**AMYGDALATUM**, est lac artificiale, seu emulsio ex amygd-

amygdalis aliisque seminibus albantibus parata. ab ἀμυγδάλῳ amygdalæ fructus Germ. eine Mandel-Milch.

**ANΑ** est præpositio Græca denotans æqualitatem numeri, mensuræ, ponderis, medicamentorum in una formulâ præscriptorum. Dicitur etiam chymicis a-natica portio.

**ANABASIS**, est morborum invalescentia. Vide *Actus*, ab αἰνεῖσθαι ascendō.

**ANABATICA**, videatur *Synodus*. ab αἰαβάτησθαι ascendō.

**ANABROCHISMUS**, est, cum immisis vinculis aliquid supervacanei tabefactum tollitur. Item modus extrahendi pilos palpebrarum inversos, oculumque pungentes, immisso per foramen acus tenuissimo bysso, per cujus duplicatam ansam pilus trajectus vellitur. *Paul. Aegin.*

**ANABROYSIS** est partis alicujus in corpore, ab humoribus acribus, erosio. Idem quod *Diabrosis*. ab αἰαβρόσισθαι peredo, corrodo.

**ANACATHARSIS** est medicamentum per superiora purgans; ut Vomitorium, Sternutatorium, Errhinum, Masticatorium Salivatio, &c. ab αἰακαθαρίσθαι per superiora purgo.

**ANACOLLEMA**, est linimentum aut aliud medicamentum siccum, quod fronti & naribus ad Hæmorrhagiæ fistendam, admovetur. Item remedium incannans & conglutinans. ab αἰακολλάνησθαι conglutino; idque à άσπερος gluten.

**ANADIPLOSION** est frequens febrium reduplicatio. ab αἰαδιπλόσθαι reduplico.

**ANADOSIS**, est omne quod in corpore sursum tendit, ut chyli distributio, vel vomitus p. n. ex αἴω supra, & πίθηκοι do.

**ANADROME** Hipp. est doloris recursus ex inferioribus ad superiora.

**ANAISTHESIA** est defectus sensationis, ut paralyticis & sphæ celo laborantibus contingit. ex priv. & αἰασθησίαι sentio.

**ANALEPTICA** sunt medicamenta quæ vires refocillant. Item pars hygieinæ qua valetudinarii reficiuntur. ab *ἀναλεπτικά* iterum refocillo. Germ. *sterckende Mittel.*

**ANALGESIA**, est indolentia sive doloris defectus. ab *ἀναλγία* non doleo.

**ANALOGIA**, vide *Analogismum*.

**ANALOGISMUS**, est comparatio & perceptio causarum juvantium per similitudines, ab *ἀναλογία* comparo; *Analogia est Comparatio:*

**ANALYSIS** est alicujus corporis, in sua principia, reduc<sup>tio</sup>. Item partium corporis humani demonstratio anatomica, quæ per partes instituitur. Ab *ἀνάλυσις* dissolvo. eine Zerlegung.

**ANAMNESTICA**, signa quæ præteritum statum in memoriam revocant, sive sanitatis sive morbi. Dicuntur etiam Rememorativa. *Anamnestica remedia* quæ memoriam restaurant, ut sunt spirituosa omnia. ab *ἀναμνήσις* reminiscor.

**ANAPLASIS** dicitur Hipp. membra fracti restitutio, compositio & reparatio, ita ut fracturæ extrema se se mutuo contingent & partes è directo statuantur. Idem est quod *διάπλασις*.

**ANAPLERO<sup>S</sup>IS**, est Chirurgiæ pars, qua id quod natura negavit vel casu perit, arte restituitur. ab *ἀναπληρώσις* impleo. unde *Plerotica Med.* quæ partes replent.

**ANARRHOPIA**, idem quod *Anadosis*. ab *ἀνά* supra, & *ῥέω* serga.

**ANASARCA** est totius corporis exterioris, aut quadruplicem ejus partium tumor, albus, mollis, tactui cedens, & foveam à compressione relinquent. Sangvis est causa duplice respectu, primo qua non ritè sanguificat, deinde quia debito modo in pulmonibus non acceditur. Sangvis ita perversus serum ex arteriarum fistulis in majori copia profundit, quam ut per venas, & lymphæductus excipere & reducere, ac per renes & poros

poros cutis, aliaque serosi laticis emissaria, amandare queat. Si humores nimis viscidi fuerint, *Leucopblematia* appellatur item *vænoægrediens*, & *odoraæ Heraclideæ*, *tauætæ*, intercus, aqua inter cutem &c. ex *aria* per, & *sæpiæ* caro. Germ. *Wassersucht zwischen Fell und Fleisch.*

**ANASTOICHIOSIS** est corporum chymica resolutio, ab *anastoxiæ* in sua principia redigo, à *coquæs* elementum.

**ANASTOMOSIS**, est sanguinis, lymphæ, aut chyli, per oscula vasorum hiantia effluxus. Item venarum & arteriarum (ut quidam vigilantes olim somniarunt) mutua inosculatione, hoc enim esset circulationis legi vim inferre. Tamen impossibile non est ut venæ venis & arteriæ arteriis inosculentur, exempla habemus in vasis spermaticis, plexu choroidis, reti mirabili, &c. ex *aria* per, & *sæpiæ* os.

**ANASTOMOTICA**, sunt medicamenta poros & meatus aperientia, ut sunt cathartica, sudorifera, diuretica, &c. ex *aria* per, & *sæpiæ* os.

**ANATASIS** est corporis extensio versus superiora, ab *anatreæ* sursum tendo.

**ANATICA PORTIO**, vide *Ana.*

**ANATOMIA**, est animalis, præsertim hominis, concinna dissecatio, qua partes singulatim, ad usum Medicum & Physicum, demonstrantur. ab *anatima* disseco.

**ANATOMICUS**, est medicus, dissecandis cadaveribus peritus. ab *anatima* perfeco.

**ANATROPE** est stomachi subversio, cum in vomitiones effunditur.

**ANAUDIA** idem quod *aphonia* vocis privatio ab *priv.* & *aud;* vox.

**ANATRIPSIS**, est contritio, calculi aut osis communitatio. ab *anatipsiæ* contero. Germ. *Zermalmung.*

**ANIMA** denotat proprie alteram eamque immaterialē ac immortalem hominis partem, seu mentem humanam; improprie verò tribuitur etiam aliis. Sic *Animæ brutorum* à Willisio dicuntur spiritus animales

sensuum motuumque causæ, in brutis æque ac homine. *Anima mundi* Chimicis notat spiritum quendam universalem, nescio quem, omnibus rebus naturalibus essentiam ac vitam largiens.

**ANCHORALIS** processus. vide *Ankyroides*.

**ANCHYLE**, est articuli contractio. Item, genu posterior pars. ab ἀγχυλόματι contractione articulorum labore.

**ANCHYLOPS**, idem quod *Aegilops*.

**ANCON**, sive cubiti caput, strictius sumitur pro posteriore ulnæ processu majori: unde *Antonius muscularis*. Cubiti extensor. ἀπὸ τοῦ ἀγκελάθη ἐτίγα τὸ ἐστό, quod superjaceat unum os alteri.

**ANCONÆUS**, Vide in *Ancon*.

**ANCYLE**, est poplitis contractio vide *Anchyle*.

**ANCYLOBLEPHARUM**, est palpebræ, cum tunica, alba vel cornea, concretio, vel cum interdum utræque palpebræ sibi invicem concrescunt: ea concretio aliquando ante partum p. n. contingit, & tunc vitium nativitatis existit: ex ἀγκύλῃ hamus, & γλάσσῃ palpebra. Germ. das Untwachsen der Augen-Lieder.

**ANCYLOGLOSSUM**, est frænuli sub lingva connexionis strictioris vitium, locutionem difficilem efficiens, & μογιλάλη recte vocabitur. ab ἀγκύλῃ hamus, & γλάσσῃ lingva. Germ. das Untwachsen der Zunge.

**ANCYROIDES** est scapulæ processus rostriformis, qui Coracoides, Anchoralis, & cornicularis vocatur. ab ἀγκυρῃ anchora, ρύγῃ rostrum, & εἶδε; forma.

**ANDROGYNUS**, sive *Hermaphroditus* est qui membra virilia & muliebria simul habet. Item, quibus excisa sunt membra virilia: Item effeminatus. ex ἄντε; vir, & γυνῇ mulier sive fæmina. Germ. Ein Zwitter.

**ANEMIUS**, furnus est qui aëri libero expositus est & apertus, in quo calcinationes perficiuntur. Germ. ein Wind-Ofen.

**ANEURISMA**, est arteriarum p. n. dilatatio vel ruptio, interioris tunicæ semper pulsans, ad ovi magnitudinem

*tudinem* s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> intumescens, digitis facile cedens, ast illico rediens. ab *συγχέω* dilato.

**ANGINA**, est faucium vel gutturis inflammatio, cum febre continua, respiratione & deglutitione impedita. Estque duplex *Spuria* vel *Exquisita*, Estquisita iterum est quadruplex, *Synanche* vel à suspendii similitudine, quod non secus, quam laqueus præfocans enecet: *άγχος* enim laqueus est: vel à *συίξει*, quod spiritum continendo respirationem inhibeat ut *Aurelianus* inquit. *Parasyanche*, *Cynanche*, & *λυκάγχη* *Aurel.* quod canes ac lupos frequenter afficiat, & *Paracynanche*. De quibus suo loco. ab *άγχῳ* ango, Strangulo. Germ. ein Hals-Geschw.

**ANGLICUS SUDOR** est febris maligna epidemia cum sudore colliquativo aliisque symptomatis gravissimis brevi ad mortem terminantibus, quæ in Anglia primum observata est. Germ. der Englische Schweiß.

**ANHELATIO** Vide *Asthma*.

**ANI PROCIDENTIA**, vide *Procidentia ani*.

**ANIMALIS FACULTAS** est actio qua homo sensum, motum, & principes animi functiones exerceat, nempe imaginationem, ratiocinationem, & memoriam.

**ANΩ PURGARE**, hoc est, per superiora, ut in Vomitu &c. cui opponitur *κάτω* per inferiora.

**ANODYNUM** est medicamentum dolorem leniens & sopiens, ex a priv. & *αδύναι* doleo, Græcis *αἰδύνειν*, *ταρπυοσεῖν*, *λυτιστέσσειν*, *πραϋίλειν*, *πόνου παυσίειν*, *παυπεῖν*. Germ. ein Schmerzlindernd Mittel.

**ANOEA**, est amentia sive imaginationis & Judicii abolitio. ex a pr. & *νοίαι* cogito. Germ. Verstandlosigkeit! Unsinngigkeit.

**ANOMOLOMERES**, idem quod *Heterogeneum*, sive id quod ex aliis atque aliis & inter se diversis particulis constat ex a priv. *μοιωτής* simile, & *μίγεις* pars.

**ANOREXIA** est cibi fastidium, à prava vetriculi dispositione, ex a priv. & *εγένει* cupio. verlohrner Apetit.

**ANTAGONISTA**, est situs muscularum oppositus ut est inter adductorem & abductorem brachii, ex *artī* contra & *ayavīsēμας*, oppono.

**ANTAPHRODISIACUM** est medicamentum quod venneris oestram refrænat ac tolit.

**ANTAPOPLECTICA** denotant medicamenta quæ apoplexiā curant, Germ. Mittel wieder den Schlag.

**ANTARTHriticum** est medicamentum aduersus Arthritidem, ex *artī* ante, & *aiγείτις* inorbus articulatīris.

**ANTASTHIMATICA**, sunt medicamenta quæ ab asthmaticis usurpantur ex *artī* ante; & *αθμάχω* anhelo.

**ANTECEDENS CAUSA**, vide *Prolegomena*.

**ANTECEDENTIA** signa sunt, quæ ante morbum observantur, ut prava succi pancreatici aut bilis dispositio, infinitis morbis causa antecedens existit.

**ANTEMETICA**, sunt, quæ vomitum nimium impediunt & inhibent. ex *artī* contra, & *ἰνών* vomo.

**ANTENDEIXIS**, est *contraindicatio*, sive indicationum contradictio, quæ impedit, quod à prima indicatione suggeritur: ut cacochymia evacuationem indicat, cui contraindicant vires debiles. ex *artī* contra, & *codicimūs* ostendo.

**ANTEPILEPTICA** sunt medicamenta contra morbum eaducum. ex *artī* contra, & *ἰπιλαμβάνω* invado.

**ANTHELIX** est protuberantia auris, sive ora interna exterræ auris. ex *artī* ante, & *ἴλιξ* volumen.

**ANTHERUM**, omne floridum in corpore nostro. *Antbera* etiam dicuntur summitates seu cacuminula in florū medietatē capillamentis incumbentis, ab *ασθρά* flos.

**ANTHRACOSIS OCULI** est carbunculus vel in oculi bulbo, vel in palpebra. Causa quandoque est inflammatio oculi ex febribus malignis.

**ANTHRAX**, *Carbo*, *pruna*, seu *Carbunculus*, definitur quod sit tumor p. n. cum pustulis igneis circum se aerrimis & ardenterfumis, dolore acuto, variis in locis absque

absque suppuratione emergens, verum latius in ambitum serpens carnem exurit, ejusque corruptæ tandem lobos excutit, & ulcus velut escharotico inustum relinquit.

**ANTHYPNOTICA**, sunt medicamenta somnum abi-  
gentia. ex *ārrī* contra, & *ūrīōw* dormio.

**ANTHYSTERICA**, sunt medicamenta contra Hyste-  
ricam passionem. Ex *ārrī* adversus, & *ūrīēgū* uterus  
matrix.

**ANTIAS**, pl. Anfiades Tonsillæ; Cic. *Plin.* glandulæ  
collī, quas amygdalas Chirurgorum vulgus nunciu-  
pat, quas tamen non adeo accurate referunt. *ārrīades*,  
*μῆλα*, à malorum figura, *παρεῖδημα*, *πεγγάς*, Hippo-  
quid spongiorum in modum humores imbibant. Sunt  
glandulæ duæ, quæ revera unum corpus constituunt,  
ad latera uvulæ consitæ. *Substantia*, similaris & granu-  
lata est, instar mellis aut olei frigore concreti; nisi  
quod firmius cohæreat, veluti membrana connexio-  
ne; colore subflavo; tactui molles; si autem habet utrin-  
que unum, communeim, amplum & ovalem in os aper-  
tum, intra cuius fimbriam duos maiores & plures mi-  
nores sinulos obtinet. *Uſus* est: materiam mucosam  
colligere, eaque vicinas partes humectare. Item ton-  
sillarum inflammations p.n. vide *Parishmia*. ab *ārrīōw*  
occurro, quia sibi ex adverso in oris termino utrinque  
respondent. Germ. die *Mandeln*.

**ANTIBALLOMENA**, sunt medicamenta viribus simi-  
lia, quæ alterius defectu quandoque substituuntur, ex  
*ārrī* contra, & *pākāw* jacio.

**ANTICARDIUM**, est cavitas in pectore supra cordis  
regionem, ex *ārrī* ante, & *uagīdīa* cor.

**ANTICIPARE** dicitur de morbis, quorum paroxys-  
mi statum ac ordinarium iagruendi tempus præveni-  
unt. e. g. in febribus intermittentibus. Ejus contrari-  
um est *postponere* vel *tardere*. i. e. tardius solito redire.

**ANTICNEMIUM** est anterior tibie pars. ex *ārrī* ante,  
& *zīnījān* tibia.

**ANTIDINICA** sunt Medicamenta contra vertiginem  
Ex *άιρη* & *νίγρῃ* vertigo.

**ANTIDOTUM**, est medicamentum contra lethale venenum, hoc est, quod adversus venena epotatur. Ex *άιρη* contra, & *διάρροια* do. G. ein Gegens Gifte.

**ANTIFEBRILE** medicamentum Gr. *άιρηπτός*, est quod febres curat.

**ANTINEPHRITICA**, sunt medicamenta morbos renum medentia. Ex *άιρη* contra, adversus, & *υφέσ* ren.

**ANTIPATHIA**, est contrarietas & repuguantia in corpore vel medicamentis. Item fastidium & abhorrentia alicujus rei sine manifesta causa. Ex *άιρη* contra, & *πάθος* affectus.

**ANTIPERISTASIS**, est aëris circumfistentia, quemadmodum in fæno, madidè nimis in metu aggesto. *Hippocrates* primus Medicinae Fundator, inquit in Aphorismis: *Corpora hyeme calidiora, aestate vero frigidiora esse.* interpretamur nos, id non tam fieri ab aëris antiperistasi, quam à nitro, hyemali tempore (præsertim flante Boreâ) in aëre magna copia contento, deinde respiratione factâ, sanguis sulphureus in pulmonibus magis fermentatur & accenditur, ex *άιρη* contra, & *περιστασι* circumstatuo.

**ANTIPHARMACUM**, est remedium venenis adversum. Significat quoque remedium contra quemvis morbum: ex *άιρη* contra, & *φάρμακον* venenum, remedium.

**ANTIPHYSICUM** idem est quod Carminativum. ab *άιρη* & *φυσία* infl.

**ANTIPLEURITICUM**, est medicamentum pleuriticum seu adversus morbum lateralem. Ex *άιρη* ante, & *πλαστής* morbus lateralis.

**ANTIPRAXIA** dicitur, veteribus contrarietas temperamentorum in visceribus, quando v. g. hepar calidum, ventriculus vero frigidus existit, unde variis morbi ab ipsis deducuntur. Verum circulatio sanguinis omnem antipraxiam tollit, neque hæc cum illa confitetur.

sistere potest, cum unus idemque sanguis ad omnes propellatur partes. Dicitur ab *αἰνὴ & πεπλησίᾳ* fascio.

**ANTIPYRETICUM** est medicamentum nimium aestum caloremque in febribus temperans & profligans, ut sunt quævis acida. Ex *αἰνὴ* contra, & *πυρηνὶς* febris.

**ANTIQUARTIUM** dicitur omne id, quod quartanæ contrariatur eandemque curat. e.g. spiritus antiquartius.

**ANTIQUI MORBI** sunt, qui, ultra quadragesimum diem ad annos saepe plurimos extenduntur, ideoque & inveterati dicuntur.

**ANTISPASIS**, est sanguinis revulsio : hoc fit quando humores in partem aliquam influentes, in contrarium, per venam, in parte satis remota, incisam, avertuntur. Ab *αἰνοτάσιᾳ* contraho.

**ANTISPASMODICUM**, est medicamentum contractions & spasmos inhibens. ab *αἰνὴ & σπασμῷ* contraho. Germ. *Mütel wider den Krampf.*

**ANTISPASTICUM**, est Remedium ad diversa reveliens. ab *αἰνοτάσιᾳ* in contrarium partem traho.

**ANTITASIS**, est partium in corpore opposita locatio, ut inter Hepar & lienem. ab *αἰντάσῃ* ex adverso ordino.

**ANTITRAGUS**, est pars crassior anthelicis opposita trago.

**ANTIVENERA** eadem sunt quæ Antaphrodisiata.

**ANTRUM BUCCINOSUM**, idem quod *cochlea*.

**ANUS**, est intestini recti extrema pars, constat ex fibris, musculis, duobus nempe levatoribus, anum tempore necessitatis relaxantibus; & uno sphinctere sive constrictore, qui anum claudit & oclusum servat. Item cavitas in cerebro, ex contactu quatuor truncorum spinalis medullæ, orta. Item cutis superans umbilicum, cuius rugæ senii indicium faciunt, *corrugata betula à barbaris*, γραῦα.

**AORTA** sive *Arteria magna*, est vas quod à sinistra cordis antro originem dicit, & tunicis quatuor con-

*stante nervosa nempe, glandulosa, musculari, & Membranacea seu interna; continuo pulsans, & sanguinem, nutritionis gratia, à corde in totum corpus distribuens: Rami qui à corde versus cerebrum repunt *Carotides* appellantur: qui ad latera excurrent, versus brachia *humeralia* nomine veniunt: Inferius per truncum descendens, visceribus ramificationibus sui prospicit: ultterior deinde facta descensione ad femora & pedes terminum consequitur. ab *aere* & *terre* servo, quia antiquis persvalsum erat, in ea aërem contineri. G. die große Schlag Alder.*

**APAGMA** est ossis vel alterius partis de loco proprio abductio. ex a priv. & παγίω compingo.

**APANTHISMUS**, est obliteratio alicujus partis in corpore, ita ut amplius reperiri non potest; quod Canalculo arterioso circa cor fæpè contingit, ab απάνθιστος defloreo.

**APATHIA**, est affectuum p. n. vacuitas. ex a priv. & πάθη patior.

**APECHEMA** est contrafissura cranii, seu fissio vel fractura in contraria ictus parte.

**APEPSIA** est denegata ventriculi coctio. ex a priv. & πάπιξ coquo.

**ΑΠΕΠΤΑ ΦΥΜΑΤΑ**, sunt tubera cruda, nondum in pus conversa.

**APERIENTIA** sunt, quæ acutis tenuibusque particulis ad profunda penetrando, crassasque attenuando & expellendo, vasorum & corporis poros atque meatus aperiunt. Germ. Deffnende Mittel.

**APERISTATOS** est ulcus cavum, ex a priv. & απεριστός circumfisto. unde Galenus ἀπεριστόλη ἄλει ulcera, aava. ein holes Geschw.

**APHÆRESIS**, est Chirurgiæ pars, superflua ausegens. ab αφαιρεῖ tollo.

**APHONIA**, est vocis privatio. ex a priv. & φωνή loquor.

**APHORISMUS**, est brevis locutio & rei determinatio. ab αφορίζω determino.

**APHRO-**

APHRODISIA res venereæ, usus veneris, congressus viri cum foemina.

APHRODISIUS MORBUS, idem quod *lues venerea*.

APHRODISIACON est medicamentum veneris cestrum excitans.

APHTHÆ, sunt pustulæ, quæ interiores oris partes etiam ventriculum & intestina &c. obsident, & matutinatem adeptæ, frustillatim decidunt, quas in adultis sæpe febris comitatur: in recens natis oriri existimo ab impuritatibus quibusdam, quas sanguinis massa in utero materno contraxit, quippe ob denegatam in utero eventilationem, sanguis impurior factus, statim post fœtus editionem efflorescit & depurari satagit. Oriri etiam possunt ex lacte corrupto acriori. *Celsi* aphthæ aliter ab ipso describuntur: verum, inquit, longe periculosissima sunt ulceræ, qnas ἄφθες Græci appellant, in pueris: hos enim sæpe consumunt. In viris & mulieribus idem periculum non est. Hæc ulceræ à gingivis incipiunt; deinde palatum, totumque os occupant; tum ad uvam faucesque descendunt. Quibus obsessis, non facile fit ut puer convalescat. Oscedo *Sereno* & *Isidoro*. Alcola *Arabibus* item Bothor ab ἀφθαῖς locum oceupare: aliis ab ἀπλοῖς incendi.

APHTHARTOS idem est quod *Incorruptibilis*, corruptionis expers.

APNOEA est respiratio ad sensum vel in totum abolita. ex & priv. & πνοή respiro.

APOCHYLISMA, succago, *Robub* & *Rob* est succi cuscunque vel per se, vel cum saccharo aut melle, in duriusculam sapæ consistentiam coctio & inspissatio. ab ἀποχυλίᾳ succum extraho. *ein dicker Safft/ Muf.*

APOCLASMA, est partis cuiusvis in corpore abruptione. ab ἀποκλάσιᾳ abrumpo, defringo.

APOCOPE, est partis abscissio. ab ἀποκόπῃ abscindo. vide *extirpatio*.

APOCRUSTICUM, est auxilium, constringendi & repellendi vim obtinens. ab ἀποκρύσῃ repello.

APODA-

**APODACRYTICUM**, est medicamentum lachrymas excitans. ab ἀποδακρύω lachrymas excito.

"**APOIION** Insipidum, expers omissis saporis.

**APOLEPSIS**, est spirituum animalium & sanguinis interceptio, ab ἀπολεψίᾳ intercipio.

**APOMELI**, est oxymel seu decoctum ex aceto & melle, ab ἀπό μέλι de, & μέλι mel.

**APONEUROSIS**, est finis, cauda seu chorda muculorum; dicitur etiam tendo. ex ἀπό de, & ὄνυξ tendo. Malè sumitur à Chirurgis pro nervo.

**APOPHLEGMATICA**, videatur, *Apophlegmatismus*.

**APOPHLEGMATISMUS**, *Commansum*, διαμάσσομαι. Medicorum barbaries *Masticatorium* vocitat. Est Medicamentum quod ore detentum saepe etiam masticatum, pituitos humores per os excernendos elicit. ex rad: *Pyretibri*, *sale*, *sem. fabrid.* *agria*. *Mastiche*, *cera*. &c. Formā hāc solidā cum hæc usurpatv<sup>r</sup>, *Masticatorium* dicitur. Usurpatv<sup>r</sup> & forma liquida, & gargarismatis conditionem refert, ex cephalieis & attenuantibus decoctis paratis. ab ἀποφλέγμα τε stuarē desino: unde ἀποφλέγματικά φάρμακα medicamenta pituitam eduentia.

**APOPHYORA** est, abortus, sive fætus immaturi in Iucem editio. ab ἀπόφειν corrumpo: vide *Abortus*.

**APOPHYSIS** *Probola*, *Ectphysis*; *Processus*, *Produtio*, *Projeccio* & *Protuberantia*, est pars ossis non contigua ut Epiphysis, sed cum osse continua, & ultra planam superficiem protuberans. ab ἀπόφυσι produco.

**APOPLECTA**, est vena jugularis, ab antiquis soporatis dicta.

**APOPLEXIA**, *Attonitus Stupor*; *fideratio* & *morbus Attonitus*, est sopor p. n. in quo ægri vehementius concusi, agitati vel compuncti, nihil sentiunt, aut actorum indicia præbent, cum respiratione modo liberâ, modo difficiili vel abolitâ: oritur saepe à viscido sanguine poros τη̄ ἐγκεφάλου minimos obstruente; cuius subjectum est corpus callosum: vel à sanguine p. n. effuso, circa cerebri basin, arterias carotides vel cerebrum

brum premente & angustante: vel à lympha seu sero in cerebro extra valato. ab ~~lunatam~~ percutio. Germ. der Schlag.

APORSYCHIA idem quod Apsychia, summum animi deliquium.

APORRHOEÆ, sunt effluvia vaporosa, per corporis poros & spiracula cætera, exhalantia ab ~~lunatam~~ defluo.

APOSITIA, est alimentorum fastidium. ex ~~lunatam~~ & ~~lunata~~, cibus, frumentum.

APOSPASMA, nominatur, si partium organicarum & compositarum unitas solvatur & quæ diversi generis naturaliter inter se compacta sunt, atque coaluerunt, disjungantur, divisis & abruptis ligamentis, filamentisque illis fibrosis, quibus conjungebantur: ut cum cutis à membrana, membrana à musculis, musculus à musculo, atque omnino partes, quæ prorsus inter se cohærebant naturaliter, disjunguntur. *Apomorphina* est particula avulsa. ab ~~lunatam~~ detraho.

APOSPHAGMA Galeno notat feculentem colaturam. Dicitur etiam *hypophagia*.

APOSTASIS, vide *Apostoma*.

APOSTEMA Plinie. *Apostasis*, Hippocr. *Metastasis* & *Abscissus*. Celso exuleeratio sæpe post crisi reicta: verum *Apostasis* & *Metastasis* in eo quandoque differunt, quod *Apostasis* de accurata crisi: *Metastasis* verò de translatione ab una parte in aliam dicitur. ab *ἀφίηναι* vel *μαθίσμιν*, sejungo, absistere facio. G. ein Geschwür.

APOSYRMA, est ossis vel cutis abrasio. ab ~~lunatam~~ detraho, abrado.

APOTHERAPIA, est curatio seu medela: item exercitatio, quæ & excrementa purgat & à lasitudine tumum reddit. ab ~~lunatam~~ medior.

APOTHERMUS, idem quod *Apochylismus*.

APOTHESIS Hipp. est fracti memtri & deligati debita repositio & colloccatio. ab ~~lunatam~~ depónere.

APOZEMA, decoctum Plin. *ἀφυγμα* Pharmacopæi decoctionem nominant. Est decoctio ex radicibus, lignis, cortici-

*corticibus, herbis, floribus, fructibus, Seminibus &c.* quod coquitur ad remanentiam at plurimum unciarum duodecim, quindecim, vel viginti. Estque purgans, laxans, alterans, exsiccans, cephalicum, stomachicum, diureticum, splenicum, hepaticum &c. ab ~~ανθεσι~~ dervereo. Germ. *ein gefochter Trank.*

**APPETITUS ALIMENTARIUS**, est phantasiae quædam constitutio, ex motu nervi paris vagi & inter costalis, ob defectum alimenti, inordinatus in ventriculo moti, orta; per quam impellimur, ob spiritus animales, in certo modo, ad motus membrorum, alimento prosequendo idoneas. Cietur in quantum spiritus animales quovis modo circa cerebri meditullium conciti, illinc exterius versus sistema nervosum, tendunt. Vel sic; appetitus alimentarius, est stimulus alimenta petendi ab existente acido, in ventriculo, fermento ortus, quo nervi vellicantur, per quos cerebro communicatur defectus alimentarius, quorum defectum supplendum naturaliter dijudicat vicissim cerebrum. Germ. *Lust zum essen.*

**APPROPRIATUM** vocatur medicamentum quod causæ alicujus morbi è diametro contrarium est, eamque præ cæteris destruit ac tollit. Olim etiam ita dicebantur ea, quæ partis alicujus calido innato aut spiritui insito præ cæteris familiaria putabantur. Sed hæc recentior ætas merito rejicit.

**APYRON** quod ignem non expertum est. Dicitur maximè de sulfure.

**APSYCHIA**, est animi deliquium. Vide Eclysis. ex priv. & ~~ψυχή~~ anima.

**APTYSTUS**, est salivæ defectus, ita ut quis spuerè nequat. ex priv. & ~~σπύω~~ spuo.

**APYREXIA**, est febrium intermisio, sive deflagratio; ejus causa est, quod omnis materia morbifica uno paroxysmō diffatur, & eosque extenditur earum intermisio, donec nova ad plenitudinem aggesta sit, & surgescere incipiat: Latinis *integritas*. Græcis ~~μητρα~~ *καρπός* ex

~~καὶ~~ ex a priv. & ~~πυρίσιμη~~ febricito. Germ. der gute Tag in Fiebern.

AQUA DESTILLATA seu stillatitia est lympha destillatione elicita, constans ex parte aqua & spirituosa, ita tamen ut proprius ad naturam aqueam accedat. Nonnunquam etiam aquæ ~~καταχρησίας~~ notant spiritus, vel volatiles sulphureos e. g. aqu. apoplect. Anhaltina &c. vel acidos e. g. aqua fortis & Regia, quantum illa ex ♂ & ♀ destillatur; hæc verò ex priori addito tantum vel sale ammoniaco vel sale comm.

AQUA INTER CUTIM, idem quod *Anasarca*.

AQALICULUS seu *infimus ventus*, idem quod *Hypogastrum*.

AQUEUS HUMOR vide *Humores oculi*.

AQUILA in Alchimia varia significat; sèpisimè Mercurium philosophorum. Aquila alba inter alias dicuntur flores salis ammoniaci.

ARACHNOIDES est tunica oculi crystallina, a similitudine araneæ telæ dicta, ex ~~ἀράχνη~~ aranea, & ~~εἴδος~~ forma.

ARÆOTICA vide Rarefacentia. ab ~~ἀραιός~~ rarefacio.

ARANEA TUNICA, sive *Crystallina* est, quæ humorem Crystallinum ambit, ob levitatem tenuem araneæ textum referens, araneæ nomen conservat; Græcis, *Ἄραχνεια*.

ARCANUM THEOPHRASTO est Quinta rei essentia summè exaltata, seu ut ait idem, est virtus rei millecupla exaltatione emendata. Quatuor imprimis arcana jactitat. 1. Arcanum primæ materiæ. 2. Lapidis Philosophorum. 3. Mercurii vitæ. 4. Tincturæ. Aliis est extractum in specie sic dictum. Notat etiam vulgo remedium secretum.

ARCHE est morbi initium. ab ~~ἀρχή~~ incipio.

ARCHEUS, Helmontianis est summus, exaltatus, & invisibilis spiritus, qui separatur à corporibus, exaltatur & ascendit, occulta naturæ virtus, omnium functionum & operationum in corpore causa & principi-  
um,

um, tam in statu sanitatis quam morboſo. Alius dicitur generalis qui toti corpori praeſt, alii particulares, qui ſingulis membris praeſunt eorumque actiones perficiunt. Item Archeus primus in natura, vis est occultiſima res omnes producens ex Iliaste, divina virtute nimirum ſuffulta duntaxat.

ARCUATUS MORBUS, videatur *iſterus*.

ARDENTES FEBRES, ſunt in quibus, propter elemen-  
tum sulphureum nimis evectum, magnus æſtus,  
ardor & ſitis deprehenduntur, ut in Cauſo & Lipiriis.  
vide *cauſa*. G. hiſige Fieber.

ARDOR eſt calor in corpore noſtro propter ſpiri-  
tum aut sulphur nimis evectum, intenſe acutus.  
Germ. Hiſe.

ARDOR VENTRICULI, doloris ventriculi pecu-  
liaris species eſt, quæ tamen ſimul etiam oſophagum  
moleſtat, quam *γερακιον καύσις*, ardorem ſtomachi &  
nonnulli ebullitionem ardoremque ſtomachi ebulli-  
entem Germ. den Good nominant, quando ardens qui-  
dam dolor in ventriculo & gula percipitur, qui urendo  
quasi moleſtat, malum hoc ſanis etiam ſæpe fami-  
liare eſt, cum cibum fumentibus, tum jejunis; impri-  
mis cum eructant, intus incluſo quâli flatu igneo &  
erumpere non valente. Nonnunquam tamen & in fe-  
ribus accidit. *Cauſa* mali eſt effervescentia quædam  
particularum valde acrīum cum particulis sulphureis  
aut biliosis, unde ebullitio ſive ardor ventriculi ebul-  
liens perſentitur.

AREA. *Celſo* arearum duo genera ſunt. Commu-  
ne utrique eſt, quod, emortua ſummâ pellicula, pilis  
primum extenuantur; deinde excidunt: ac ſi ictus in  
locus eſſet, ſangvis exit liquidus, & mali odoris, in-  
creſcitque utrumque in aliis celeriter, in aliis tardè.  
Pejus eſt, quod densam cutim, & ſubpingvem, & ex  
toto glabrum fecit. Sed ea, quæ *ἀλοπεκία* nominatur,  
ſub qualibet figurâ dilatatur. Fit & in capillo, & in  
barba. Id vero, à serpentis ſimilitudine *φίλατη* ap-  
pellatur,

pellatur, iacipit ab occipitio, duorum digitorum latitudinem non excedit: ad aures duobus capitibus serpit; quibusdam etiam ad frontem, donec se duo capita in priorem partem committant. Illud vitium in qualibet ætate est: hoc ferè in infantibus. Illud vix unquam sine curatione: hoc per se sæpe finitur.

**ARENA** est res toto genere p. n. in corpore humano, ex plurimo sale & terra, genita: ex qua sæpe calculi concrescunt. gr. άμμος. G. Gries / Sand.

**ARGEMO**, est ulcuseulum oculi album in iridis circulo, comprehendens partem albi & nigri. ex αργυρος albus, & ιχνω habeo.

**ARIDURA** est corporis, potissimum in parte aliqua omnimoda consumptio & exarescentia.

**ARILLI**, idem quod *acini*.

**ARMARIUM UNGUENTUM** notat unguentum magicum, quod armis inunctum in distans sanat G. Waffen-Salbe.

**AROMA** est odoramentum quodvis, ut Caryophylli, cinamomum, galanga &c. ex ἀρι particula intensiva, & ὄξω oleo. Germ. Specerej.

**ARQUATUS**, idem quod *Iterus*.

**APPΩΣΤΙΑ** ~~αγρισίας~~ imbecillitas mentis, judicii, qualis in foeminis pica laborantibus occurrit.

**ARTERIA TRACHEA** seu *Aspera*, est vas cartilagineum pulmonibus implantatum in anteriori parte ex variis annulis & partibus conflatum, à posteriore parte ligamentosa est & depressa ob œsophagi ductum: superior pars larynx, inferior Bronchus appellatur: voce & inspirationi inservit, Germ. die Lüfttröhre.

**ARTERIA AORTA** seu *Magna*, videatur *Aorta*.

**ARTERIA COELICA**, vide *Celiaca Arteria*.

**ARTERIACA**, vide *Arteria*.

**ARTERIOTOMIA**, est arteriarum sectio artificialis, ad sanguinem in Cephalæa, Mania, Epilepsia, oculorum, auriumque dolore & inflammatione evacuan-

dum. *Sección* illa fit in fronte, temporibus vel pone aures. *Modus* incidendi hic est, post ligaturas nempe brachii aut collo injectas arteria inciditur ut vena, facta deinde sanguinis evacuatione, emplastrum potenter astringens cum lamina plumbea vulneri applicetur, & fasciis commodis firmetur, *curatio* septem vel novem dierum spatio, absolvitur. ex *αρτησίᾳ* arteria & *πύρω* seco.

**ARTHRITICA** vide in *Arthritis*.

**ARTHRITIS** sive *morbus articularis*, circa duos, tres, pluresve articulos sive osium internodia, suas tragædias exercet. Estque dolor circa articulos, ab acreidine sanguinis salina vellicante ac lacinante productus, unde nervi, tendines, ligamenta, periosteum corrugantur, doloreque miserrimo cruciantur, unde tumor, rubedo, tophi, aliaque symptomata concomitantia. Estque quadruplex : *Chiragra* in manib⁹ ; *Ischias* in aut circa os Ilium : *Gonogra* in genibus & *Podagra* in pedibus. Morbus ferè incurabilis est : hinc cecinit poëta *Ovidius* Lib. I. Eleg. IV. tritum illud.

*Tollere nodosam nescit Medicina podagram.*

*Plutarchus* in comment. *αεὶ τὸ διγυμίας* refert hujusmodi sententiam ceu vulgo jaſtatam : ἐπι ποδάριας ἀπαλλάσσει καλπίκῳ : id est : *Nec podagra liberat calceolus*. Extat alibi Epigramma Græcum eleganter podagræ originem describens :

*λυσιμελῆς βάχυ, καὶ λυσιμελῆς ἀφρεδίπτης*

*Γειτταὶ θυγατῆρε λυσιμελῆς ποδάγρος.*

id est :

*Solvere membra solet Bacchus, solet & Genius ipsa*

*Solvere & ex illis nata podagra solet.*

*Lucianus* integrum Comœdiām de Podagra finxit, quæ varias podagræ vices recenset. Vox *arthritis* derivatur ab *ἄρθρον* articulus. Unde *Arthritis medicamenta*, quæ arthriticis doloribus subveniunt. G. die Gicht ! Glieder-Weh.

**ARTHRITIS VAGA**, est morbus articularis, quo dolor

dolor nunc in uno membro est, nunc in altero: *causa* à duplice seminio dependet. Supponere licet in hoc morbo, salis fixi plures quasi cumulos è massa sanguinea huc illuc circa membra, aut articulos, velut totidem nidos disponi, qui quidem intra totidem distinctas cellulas reconditi tanquam piscium ova, sive semen fæminum manent; quibus postea liquoris nervosi recrementa acetosa, velut semen masculinum accedunt, eosque fertiles reddunt: proindeque ex mutua effervescentia, membranae fibræque nerveæ insigniter vellicatae in corrugationes dolorificas aguntur. *Vaga* dicitur *Arthritis*, ex eo quod constanter uno loco non contineatur, ut *vera arthritis*, sed nunc in hac nunc in illa parte sentiatur. Germ. eine fliegende Gicht.

**ARTHRODIA**, est osium articulatio, cum nempe cavitas excipiens levis, & capitulum quod excipitur, depresso est: ut in Maxilla inferiore cum osse temporum. ab ἄρθροι articulus, & δίχωμα recipio.

**ARTHRON** est articulus, seu osium connexio, motibus obeundis accommodata. G. ein Glied. *Articuli* etiam dicuntur digitorum internodia, σκυταλίδες Galeno, φάλαγγις. Aristoph.

**ARTHROSIS**, idein quod *Articulatio*.

**ARTICULARIS MORBUS**, vide *Arthritis*.

**ARTICULATIO** est conjunctio artuum ad motum peragendum: estque duplex, *Diarthrosis* sive *Articulatio laxior*: & *Synarthrosis*, sive *Articulatio strictior*. Græcis ἀρθρώσεις.

**ARTICULUS**. vide *Artron*.

**ARTOMELI** est cataplasma ex pane & melle param. ex ἄρτῳ panis & μέλι mel.

**ARTUS**, sunt membra ventribus adnata & articulis distincta. vide *Artron*.

**ARYTÆNOIDES**, sunt cartilagines duæ, quæ laryngis caput, una cum aliis cartilaginibus constituant. Sumuntur quoque pro musculis quibusdam laryngis.

**ryngis.** ab ἀργόν haurio, ἀσύν aperio, quia inspirando aperiuntur, & εἴδος forma.

**ARYTHMUS;** est pulsus qui nullum servat ordinem ex & priv. & πυθυός modulus. G. ein unordentlicher Puls.

**A S** sive **A S S I S**, ut ex *Varrone & Plinio* colligere est, ab ære dicta. *Balbus ad Celsum* de asse ejusque partibus, quicquid unum est, & quod ex integrorum divisione remanet, Assem rationatorem vocare scribit. A-pud nos idem denotat ac pondo.

**ASAPHIA,** est vocis obscuritas, ex laxa aut mala organorum constitutione aut contemperatione. ex & priv. & οὐφή manifestus. G. eine dunckle Stimme.

**ASCARIS** seu *Acarides*, sunt exigui vermes, qui in intestino recto producuntur ab excrementis ei diutius quam par est inhærentibus & putrescentibus, cui titillationem & molestiam inferunt. ab αὔτιο moveo, exerceo, quia suo motu molestant.

**ASCITES** est hydrops sive tumor abdominis p. n. & per consequens scroti, crurum & pedum, ab humore seroso & nonnunquam lymphatico aut chyloso, lotus carnis instar, in earum partium cavitate, collecto. Ab αὔτιο uter, quia utris in modum ventre distenditur. G. die Wasser-Sucht.

**A SEF,** idem quod *Hidroa*

**A SEMA,** est crisis praeter spem, sine signis indicantibus eveniens. Ex & priv. & σημα seu σημῖο signum, à quo σημεῖο signo.

**ASITIA** est alimentorum Fastidium. ex & priv. & αἴτιο alimentum, frumentum. Germ. Unlust zu essen.

**ASODES;** vide *Affodes*.

**ASPERA ARTERIA** seu *Trachea*, est fistula oblonga ex cartilaginibus variis & memoranis constans, quæ à gutture, sive faucium imo incipiens, gulæque incumbens, inque pulmones descendens, per totas eorum compages ramificatione multiplici dispergitur. Superior pars Larynx; interior vero bronchus appellatur, qui bus

... quibus & tertia sive infima à *Malpigio* vesicularis dicta additur. Inservit voci & respirationi. Germ. die Lufft-Röhre.

ASPHYXIA, est pulsus sensibiliter deficiens. ex a priv. & οφεξα falle, puso.

ASSODES, est febris continua. in qua exteriora moderate calida sunt, intus vero ardor adeat, fitis insatibilis, perpetua corporis jactatio, vigilia, delirium, &c. ab ασσάδης nausea, & ἀθόη forma.

ASTHMA est frequens p. n. respiratio cum sibilo, sonitu & tussi conjuncta, praesertim nocturno tempore; causa est bronchiorum angustatio vel à sangvine & sero viscoso ipsos nimis comprimente; vel à sangvine acri & scorbutica intemperie infecto, organa respiratoria nimis vellicante, motumque merè convulsivum inducente, quo pulmones inflantur & circuitus sanguinis præpeditar, unde suffocationes, sonitus & tusses facile excitantur. Dicitur hoc in specie asthma convulsivum, scorbuticum. ab ασθμάτῳ anhelo. Germ. Engbrüstigkeit das Reichen.

ASTRAGALUS est primum & principalissimum os, tarsum una cum aliis ossiculis in pede, constituens ab αστραγαλίᾳ talis ludo, undo ασέλια talus à Græci nominis ασεγγαλός terminatiōe ultima, γυλός recisa, talum ab ore Romano formatum existimo, quum inter se & T saepius sint permutata parti valore & pronunciationis soao.

ASTRINGENTIA, sunt quæ tali particularum suarum crassitie & figuraione prædita, ut corporis partes inter se cogant & constringant, qualēm habent ex gr. cunei, lamellæ complicatæ & dissilientes, nec non fides ex contortis intestinis factæ. Græcis συντηκα. G. zusammen ziehende stopfende Mittel.

ASTROLOGIA, est ars diuinandi ex astris, fundamentis innixa lubricis, imo falsis, ac proinde medicis non necessaria, ut veteres censebant. ex αστρο stella & αἴγα dico.

ASTRUM Chimicis nonnullis notat virtutem ac potentiam rerum ex præparationibus acquisitam. Item nonnunquam ita dicitur quinta essentia rei, ut astrum solis.

ATAKTOS i.e. inordinatus irregularis. Dicitur sæpius de motu spirituum animalium in nervis & fibris.

ATAXIA, est inordinatio dierum criticarum. ex a priv. & τάξις ordino.

ATECRIA, idem quod *Agonia*.

ATHANOR est nomen furni Chimici digestionibus longioribus utilis.

ATHLETICUS habitus est idem quod plethoricus, sangvine laudabili abundans, qui adeo periculo mutationis in deterius est expositus.

ATHEROMA, est tumor p.n. propria tunica contenens, ex humore pultaceo ortum trahens, indolens, digitis non facile cedens, nec pressus, cavitatem relinquens. ab αθηρει pultis genus; idque ab αθηρι arista.

ATHYRIA, est animi abjectio, tristitia. ex a priv. & θυμός animus.

ATLAS, est vertebra prima capiti subjecta; sic dicitur quia caput sustentare videtur, spina caret. Ab ἀτλάω sustineo, perfero.

ATOMUS, est corpusculum adeo parvum ut ultius secari non possit, quemadmodum nonnullis putantur particulae elementares. ex a priv. & τέμνω feco.

ATONIA, est languor, infirmitas & remissio fibrum ob spirituum animalium defectum ex a priv. & τένω tendo.

ATRABILIS, nonnullis est sangvis sulphureus & falinus, terrestris, adustus & niger, qui p. n. in corpore gignitur, & in liene colligitur, ibi enim volatilizatur, & in fermentum, denuo sanguini commiscendum, exaltatur. Græcis μαλαγχολία G. schwärze Galle.

ATRETUS, est cui anus aut genitalia non sunt perforata. ex a priv. & πρέσσω perforo.

APOON confertum, coacervatum significat, unde αἴρεσθαι

*ἀθρόας* confertim, dicitur de humoribus impetuose in partem aliquam irruentibus.

ATROPHIA sive tabes, φθονη, φθονια, φθινα γνωστη. Plut. πτυεδων πνην Areao, est cum totum corpus vel aliqua pars ab alimentis non reficitur sed sensim emarcescit. Tabes saepe tantum sumitur, pro ulcere pulmonum, quo corpus universum sensim colliquevit. ex a priv. & πτεριφω nutrio.

ATTIA Feflo, qui propter vitium pedum terram attingit potius quam calcat.

ATTENUANTIA, seu *incidentia* sunt, quae acutis suis particulis, poros aperiendo crassos & viscidos humores incidere & discindere possunt. Græcis λεπίωσις & τρυπα.

ATTONITUS MORBUS, idem quod Apoplexia. Celsi, propriè cui casus fulminis vicini aut tonitrui sonitus stuporem afflavit. Græcis λαθανάτη, ιμβ ούτητη.

ATTRAHENTIA sunt, quae tenuibus suis particulis, poros aperiendo, humoresque contentos dilatando, ac foras, ubi minor est resistentia, propellendo, non tantum partes in tumorem attollunt & rubore suffendunt; sed saepe etiam plures vapores & humores, quam per densam cuticulam erumpere possunt e cute & carne expellendo, sub cuticula colligunt, eamque in vesiculas attollunt: imo non raro etiam festucas & aculeos infixos educunt. Græcis ἀλκητική, ἐπιτακτική εἰσιπαντική. ab ἄλκη traho.

ATYPOΣ morbus, qui nullum servat typum, seu qui inordinate invadit & repetit. Ab a priv. & τύπος quod Medicis notat formam & ordinem accessionum ac remissionum in morbis.

AUCTIO est nutritio, qua plus restauratur, quam fuit dissipatum. Græcis ανέγετη. Germ. das Zunehmung am Leibe.

AUDITUS est sensus, quo ex vario aëris circumstantis motu tremulo, tympanum verberante, soni per nervum auditorium, sensorio communi commun-

nicantur, ibique percipiuntur. Græcis Ἀξονή, αὔξιση.  
Germ. das Gehör.

AUDITORIUS meatus est ductus ille qui ab aure externa ad internam tendit & tympano terminatur.

AUGMENTUM FEBRIUM, seu *incrementum*, est computatio, quo tempore febris continuae incendium totam sanguinis massam occupavit, usque dum pervernerit ad statum. Græcis ἀνθετις, ab ἀνθετων ascendo. Vocabatur idem ἵππος, ιτιτας, αὐξητις.

AUREUS est species ponderis apud Arabes, est enim illis pondus unius drachmæ cum septima ejus parte: idem quod *denarius*.

AURICULA INFIMA, idem quod *lobus auris*.

AURICULA CORDIS, numero duæ sunt, dextra & sinistra: Dextra ex vena cava crux accipit, qui in ventriculum dextrum portatur, & à pulmonibus recipitur: Sinistra vero est, cui sanguis bene præparatus & à nitro aëreo rite fermentatus à pulmonibus de novo traditur, ut per sinistrum ventriculum in arteriam magnam exoneretur & in universum corpus distribuatur:

AURIGO, idem quod *iterus*.

AURIS est organum auditus, quæ *externa*, cujus pars superior *pinna* seu ala; interior lobus seu auricula infima appellatur: ejus ambitus exterior *Helix*; interior *Anthelix* dicitur. Vel *interna* in qua confidatur *tympanum*, quatuor *oscula* cum *musculis* exiguis, *concha*, *foramen ovale* *Labyrinthus* &c. Græcis οὖς Germ. das Ohr.

AUSTERUS notat speciem saporis qui fibris linguae & oris contractionem peculiarem inducit. Oritur ex particularum terrearum cum salinis acidis mixtura.

AUTOMATON est machina cujus partes ita dispositæ sunt, ut se invicem moveant.

AUTOPSIA est observatio & memoria eorum, quæ per inspectionem ocularem confirmata sunt.

AUTOPYROS est panis, ex frumento integro, hoc est,

est, cui nil furfuris adjectum vel ablatum fuerit: hujusmodi panis aliis præfertur, quia furfures habent vim abstergendi. ex *avroc* ipse, & *πυρός* triticum.

AUXILIUM seu *Remedium* est quicquid contraria agendi vi, morbum impugnare est aptum. Estque triplex, *Dieta, Pharmacia & Chirurgia*. Vide *Modicamentum*.

AXILLA, est cavitas illa sub initio Brachii, in adultis pilis conferta. Latinis *ala*. Gr. μαχάλη & μέλη G. die *Արև*.

AXILLARIS vena est ramus insignis venæ cavae sanguinem ex manu & brachio reducens, qui ex variis minoribus ramis in unum majorem coalescit.

AXIS est vertebra tertia crano subiecta Græcis *άξιον*.

AXUNGIA, οὐετος Dios. ὁξύγυιος *Agin*, pinguedo vel sebum porci. Quia vero hujus ungvinis præcipuus usus fuit in axibus curruum inungendis, hinc illi nomen creatum, & grammatici omnes pro ungvine vehiculari exponunt. Vide *pinguedo*.

AZOTH, modo Mercurium cujuscunque corporis metallici denotat, modo medicinam quotundam universalem putatam, ex Mercurio, auro & argento paratam, ante aliquot annos per magnates, imo & vulgum celeberrimam, varii coloris, pro diversitate præparationis, saepe nimis sollicitæ, unde mox pretio & fama vilescere incepit.

AZYGOS, est vena circa cor insignis. *Sine pari* aut *jugo* dicta, ad vertebrae porrecta, ortum ducens à venæ cava. ex a priv. & ζύγῳ jugum.

AZYMUS, est panis non fermentatus, & insalubris, a priv. & ζυμών fermento, idque à ζύμῃ fermentum. G. *ungefeuert Brod*.

## B.

BACILLI nomen imponitur medicamentis figurâ bacillorum, id est, tereti formâ; ut bacilli fumales, bacilli pectorales.

BALANÆUM sive *Balneum* est proprie totius corporis

ris lotio; non raro tamen & pro lotione partium foliummodo inferiorum sumitur, quam infelsum & semi-cupium vulgo vocant. Estque vel *siccum* vel *humidum*; sicca parantur ex cineribus, sale vulgari, arena, chalybe limato &c. *Humida* sunt vel *vaporosa*, vel *aquosa*. *Vaporosa* fiunt ex coctione radicum, herbarum, florum, seminum, &c. cuius vapor tantum fuscipitur. *Aquosa* sunt vel *Artificialia* quae parantur ex decoctis medicamentosis. Vel *Naturalia* quae *Therme* vocantur, quorum aquæ sunt aluminosæ, ferreæ, cupreæ, nitrosoæ, sulphureæ bituminosæ, vitriolicæ, &c. ex *βάλλω* pello, & *άναιμα*, tristitia, seu morbus.

BALANUS, seu *glans*, est penis suprema pars, praeputio tecta. *βάλλως*, *κύτλας* *Svida* & *Hesichio*. Item clitoris muliebris. Sic etiam bulbosi fructus & radices appellantur, ut Juglans quasi Jovis glans; item glans quercus, *Bulbocastranum* &c. Item suppositarium, vide suo loco.

BALBUTIES est vitium vocis humanæ, & quidem quando vel hæsitat lingva, vel inter loquendum subsistit, vel certarum literarum sonum exprimere non potest. Germ. *das Stamlen / Stottern*.

BALNEUM, idem quod *Balaneum*.

BALNEUM notat etiam furnum Chemicum in quo destillatio instituitur. Duplex potissimum est; *Balneum Marie* & *Vaporis*. *Maria balneum* dicitur, quando res destillanda immediate aquæ calidæ; *Vaporis* vero quando vaporibus tantum aqueis calidis ex subiecto vase exhalantibus exponitur.

BALSAMUS vel *Balsamum*. Balsami vocabulum pluribus in officina usurpatum significationibus. 1. Denotat propriè succum arboris alicuius in Arabia, Judæa, qui & opobalsamum dicitur. Hinc affinia sunt balsama naturalia alia ut Peruviam. f. Indic. de copayva. 2. Notat genus quoddam *odoramenti* crassi usculi instar unguenti, vel linimenti e. g. Balsamus rosarum, apoplecticus & similes. 3. Tribuitur medicamentis oleofisis f.

sis s. oleis in quibus alia homogenea sunt soluta, ut balsam.  $\Delta$  traumatica. 4. Solent quoque ex gummi resinisque cum spiritu vini liquores destillari, qui extrinsecus illinuntur, balsamique nomine veniunt; ut balsamus nervinus, ischiaticus & similes. 5. Liquorem spirituosum aromaticum significat internis usibus destinatum ut bals. Anglicanus, embryonum &c. quamvis valde improprie. 6. Balsami nomine etiam veniunt *salia fusa & liquata*, ut balsamus salis gemmæ. 7. De sangvine corporum viventium quando dicitur balsamus, notat particulas  $\Delta$ eas oleofas caloris nativæ causam, unde quoque illæ particulæ balsamicæ, & balsamum vitæ vocantur.

BAMMA, est tinctura seu liquor, in quo aliquid tintitur, aut madefit ut panis juscule immersus. à  $\beta\alpha\pi\tau\alpha$  immergo. G. eine Lunde.

BARYCOLA, est audiendi gravitas, ex  $\beta\alpha\gamma\mu$  grave, &  $\alpha\kappa\gamma\mu$  audio.

BASILAREOS, vide Basis.

BASILICA est vena brachii interna *Hepatica* dicta, à  $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\delta\alpha$  rego. Germ. die Leber-Alder.

BASICUM est Medicamentum viribus pretiosum, & præ cæteris excellens. à  $\beta\alpha\sigma\iota\lambda\delta\alpha$  rego.

BASIOGLOSSUM, est par musculorum lingvam deprimens. ex  $\beta\alpha\sigma\iota\gamma$  fulcimentum &  $\gamma\lambda\ddot{\alpha}\sigma\sigma\alpha$  lingva.

BASIS, est cordis superior pars mucroni opposita. Item sustentaculum ossis Hyoidis pro lingva: item in formulis præscribendis præcipuum ingrediens, à  $\beta\alpha\iota\mu$  incedo, unde os Bafilare.

BATHMIS est sinus in osse Brachii seu humeri, utrumque singuli, in quo cum extenditur flectiturque tota manus, ulnæ ipsius coronæ, sive processus ingrediuntur à  $\beta\alpha\iota\mu$  ingredior.

BATITURA vel battitura notat squamatæ æris vel ferri; it. limaturam eorum.

BATRACHUS est tumor p. n. sub lingva, maxime pueros infestans.

BAU-

BAURAC Chimicis notat Nitrum.

BECHICA, sunt medicamenta tussim inhibentia, vide *Pectoralia*. à βήτλω tussio, hoc vero à βήτ tussis. Germ, Mittel gegen den Husten.

BELENOIDES, est processus aliformis, cranii basi infixus. βέλος sagitta, & ἀρός forma.

BELULCUM denotat instrumentum chirurgicum tellis extrahendis accommodatum. λόπος βέλος telum & ἀλκη traho.

BENEDICTA vocantur medicamenta non nulla purgantia lenius seu mitius operantia ut rhab. Hinc Benedicta laxativa. Dicitur etiam de lapide philosophorum.

BENIGNUS MORBUS est, qui nulla vehementia & saeva, supra naturam suam habet symptomata.

BES, alias *Bessis*, *Biffs*, *Bissa*, vel *Biffé*, quasi bis triens, quia  $\frac{2}{3}$  sive duo Assis Trientes, seu quod demto libræ Triente supereft. *Hoc est Unciae VIII.* Priscan. p. 8. vulgo *Marca*. Vox præter *Celsum*, *Galen* usitata. Olim *Des*, veluti dempto triente. Alias Libra numularia & octonaria.

BEZOARDICA notant in genere medicamenta venenis & morbis venenatis s. malignis resistentia, qualis est lapis bezoar, cui olim haec virtus præ reliquis omnibus tribuebatur. Juxta tria regna, triplicia consti-tuuntur; alia sunt *Vegetabilia* ut rad. contrajerv. anthor. angel. alia *animalia* ut C. C. & varia inde parata, unicornu verum, dens hippopotami, spinae viperarum &c. alia denique *mineralia*, qualia sunt calces fixæ antimoniales vel ex nudo antimonio paratae cum ☐ vel ☐ ☐, vel additis metallis, unde bezoard. ☐ ore. ☐ ore. ☐ le &c. Nomen habere traduntur ex Persico Ba contra, & Zahar venenum.

BIAION idem est quod violentum.

BICONGIUS est mensura duodecim sextarios continens.

BILIS

BILIS est excrementum sulphureum & salinum ipsius liquoris sanguinei, in hepate mediantibus glandulis exiguis segregatum, quod vel in vesiculam felleam, vel per ductum hepaticum in intestinum duodenum exantlatur, ut ibi ciborum ulteriori fermentationi inserviat, & faeces à secretione chyli relictae foras convehat. *Bilis* constat ex sulphure, sale adusto & paucosero: *Naturaliter* flava est: *Præter naturaliter* vero Vitelliana, Porracea, Æruginosa, vel Glastra, quæ omnia colorum diversitates solummodo ex intensionis caloris & fermentationis gradu expullulant. *Franc. Sylvius* bilis ascensionem per ductum Hepaticum ad eorū asseruit, verum hæc sententia, ut nec rationi, nec experientiæ, ita nec veritati congruit. Bilis non dicitur nisi quando à sanguine segregata fuerit; ideoque veterum sententia de humore bilioso, inventa circulatione sanguinis prorsus corruit, vide *Humores sanguinei*. *Celsus* Fel. χολὴ ξερὴ aut οροκοπιδης, γλυκὺ, quasi dulce, à contrario sensu, cum sit amatissimum, testibus *Plinio* & *Aureliano* Germ. die Galle.

BILIS ATRA vid. Melancholia.

BIOLYCHNION est calor nativus, qui à parentibus factum comitatur, verum postea cum in lucem editus est, calor sensim perit, postquam pueri spiritus & sanguis ab alimentis & aëre nitroso, alterantur, fermentantur & accenduntur. Nugæ sunt eorum, qui affirmant calidum hoc perennare; nam si calidum sit, in continuo motu erit, ergo ut cæteri ignes & calores disspellitur. ex βίσι vita, & λύχνος lumen.

BLÆSITAS est depravata locutio, à vitio lingvæ, in conformatione aut temperie peccantis. Germ. das Stärken in der Nede.

BLÆSUS, est qui vitio blæsitatis laborat. Item Valgus & Varus: vel cui dorsi spina anterius vel posterius incurvata est. Paralyticum quoque significat. à βλαστώ distorqueo.

BLAS est terminus novus Helmontianus. Denotat ipsum

ipſi motum localem & alterativum astrorum, à quorum, utroque oriuntur temporum mutationes, tempestates atque vicisitudines. Tribuitur etiam humano corpori duplex *naturale* & *voluntarium*, quorum illud ex astris originem habet, hoc verò ex se ipso est, non ex astris. Sed nugae hæ sunt:

**BLENNIA** est mucus crassus per palati foramina & nares destillans, qui provenit ex glandulis dictarum partium; nonnunquam etiam cerebri ventriculis per processus mammiformes. G. Rotz.

**BOCIUM**, idem quod *Bronchocele*.

**BOLUS** est medicamentum internum, habens consistentiam, melle paulo crassiorem; & quantitas, quæ unica dosi præscripta, buccâ commode excipi potest. Germ. ein Bissen.

**BOMBUS** est sonus gravior in intestinis à flatuum motu productus.

**BORBORYGMUS** est murmur lenius in infimo ventre ex reciprōca flatuum in intestinis agitatione ortum, familiare hypochondriacis.

**BOVINA FAMES**, idem quod *Bulimus*.

**BOTHOR**, sunt pustulæ oris non serpentens, sed tales quæ facile suppurantur & delentur, et si nonnunquam leviter eas suppurare contingat. Estque *Bothor* generalis appellatio etiam postularum faciei; pulmonis & aliarum partium. Variolæ ac morbilli etiam *Bothor* ab Arabibus nominantur.

**BRACHERIUM**, idem quod *Amma*.

**BRACHIALE**, idem quod *Carpus*.

**BRACHIEUS**, vide *Lacertus*.

**BRACHIUM** sive *Lacertus* est membrum constans brachio propriè dicto, cubito & manu. Forte à βραχίονες ή λαίτη τη χειρῶν, brevissimus reliquæ partis manuum. unde *Brachieus musculus*.

**BRACHYLOGIA**, vide *Brachylogus*.

**BRACHYLOGUS**, est qui suas sententias breviter determinat. *Brachylogia* est brevis locutio, ut sunt Apho-

Aphorismi *Hippocratis*. ex βραχν̄ breve, & λίγω dico.

BRACHYPNOEA est rara & parva respiratio.

BRACTEA idem est quod lamina metallica, e. g. auri, argenti, cupri, orichalci.

BRADIPEPSIA, est tarda ventriculi concoctio seu fermentatio, à mala dispositione fermenti acidi. Ex βραχν̄ tardum, πίπλω coquo. G. eine langsame Verdauung.

BRANCHIÆ sunt organa respiratoria piscium, seu pulmones succenturiati. Germ. die Riehmen.

BRANCHUS est raucedo faucium & asperæ arteriæ. Raucitas *Plin.* Ravis *Plauto*, à βράχῳ sorbeo. G. Heis serfeit.

BREGMA sive *Pregma*, est os sincipitis, à βρέγῳ mandefacio, quia illa ossa infantibus, & saepe adultis humida & tenera sunt.

BROCHI, sunt labiones, sive qui magna & inordinata labia habent: item laquei Chirurgici genus.

BRODIUM notat liquorem conservantem à corruptione; qualis est saccharum sirupisatum in conditis.

BRONCHIA, vide bronchus.

BRONCHOCELE; est tumor p. n. in larynge aut broncho apprens. à βρόγχῳ media pars asperæ arteriæ, & κήλη tumor.

BRONCHOTOMIA, est asperæ arteriæ, in membranosa ejus parte quæ est intra duos annulos, sectio; Usus est in anginosis, ad suffocationem inhibendam. ex βρόγχῳ media pars asperæ arteriæ, & τίμω seco.

BRONCHUS est asperæ arteriæ portio media fistulosa ex annulis anterius constructa; superior pars larynx; inferior vesicularis dicitur. Inservit voci & respirationi. à βρέχῳ vel βρόγχῳ sorbeo, jugiter enim ad sanguinis accensionem aër absorbetur. Germ. das mittlere Theil der Lüft-Röhre.

BRYGMUS est stridor dentium potissimum dependens à convulsivis motibus muscularum maxillæ inferioris.

BUBO, est inguen sive locus à flexu fémoris ad pubem : Item tumor p. n. in inguinibus, à lue venerea vel pestilentiali excitatus. à βύγωνι bubone laboro. G. ein Pest-Beul / ein Venus-Beul.

BUBONOCELE, est Hernia siva Ramex inguinalis, hoc est quando intestina per processum peritonæi dilatatum, in inguina & scrotum delabuntur & subsidunt: nonnunquam pro bubone sive tumore. p. n. in inguine sumitur. ex گیاره, inguen, & καλυπτη tumor. ein Bruch.

BUCCA, dicitur oris inferior pars laxior, quæ inflari potest, ut appareat in tubicinibus. Germ. der Mund die Höhle des Mundes. Græcis οὐρά, & γάλα

BUCCALES glandulæ sunt quæ buccas interne investiunt.

BUCCEA, BUCELLA est frustum quod una vice ori ingeri potest, & devorari.

BUCCINATOR, est musculus buccarum rotundus, circuli instar, tenuis & membranosus, variis fibris intertextus, oris tunica inseparabiliter succinctus. In hujus centro observavit *Cassius* robustum quoddam vinculum exterius enatum, & os genarum porrettans, ubi in musculum quendam parvum & gracilem buccæ directè oppositum terminetur. Oritur à superiori maxilla, inferitur in inferiorem ad gingivarum radices. Uſus est buccas cum labiis movere, etque dentibus instar manus, dum huc illuc ad dentes cibos propellit, quo exactius eominuantur.

BUCCULA, est carnosa sub mento pars. Germ. das Unter-Kinn.

BULIMIA, idem quod *Bulimus*.

BULIMIASIS, idem quod *Bulimus*.

BULIMUS Aurel. *Phagedena*, edacitas preter confusudinem Horatiano. Βύλιμος Plut. in Symp. Galeni, Βαλεμπλα, Βύλεος Plut. Hom. παγίδαια. Etque famæ p. n. aucta nimis, quam sæpè lipothymiae comitantur *Bovina* dicta. Oritur aliquando à ventriculi fermento nimi-

nimum acri, unde membranæ & nervi ventriculi irritati ad assumendum copiosum alimentum stimulant, quo ista irritatio tollatur. Ex eis, sive ut aliis placet, ex particula βε significationem augente & intendente; & λιμός fames.

BUTYRUM quid sit notum est. In Chimicis notat liquorem consistentiae spissioris, unde butyrum Τρι. Hinc magisteria quoque ob consistentiam dicuntur butyracea.

## C.

**CACATORIA FEBRIS**, est febris intermittens, (sic à clarissimo *Sylvio de le Boe* dicta) cum alvi dejectione multa vel frequenti & quandoque simul terminosa, diverso accessus tempore ægros valde affligen, ac debilitans: etiam *Cataracta* & *Dejectoria* vocari potest.

**CACHECTICUS**, est qui cachexia laborat. G. der in seiner guten Haut steht.

**CACHEXIA**, est malus corporis habitus, ex humorum vitiosorum dispositione prava ortus, unde febres lentæ, tabes, hydrops &c. contrahuntur: in cachexia facies saepe pallida & mali coloris est, corpus tumidum & inflatum. Cachexia latè sumpta cum *Euexia* opponitur, ac ut bonus habitus omnibus partibus sanitatis communis est, ita malus habitus ab omnibus malis propagatur. Strictè *cachexia* tantum sumitur pro mala dispositione in habitu corporis; *Euexia* verò pro humorum sive sanguinis pariter & corporis dispositione bona accipitur. Ex κακός, malus, & ιξός habitus.

**CACOCHYmia**, est humorum in sanguine vitiosorum abundantia: estque biliosa, pituitosa, melanochlica, acida, falsa, acri, pontica &c. ex κακός pravus, & κυνός succus humor, à κύω vel κύω fundo.

**CACOETHES**, *Chironium ulcis* sive *telephium*, est morbus vel ulcer curationem respuens, quod ulcer malignum vocatur, hoc fit cum ulcer fuerit callosum vel sinuosum, cui nonnunquam ossicula decedentia &

cariosa subjacent. ex κακό, malum, & κίνη mos, consuetudo.

**CACOPHONIA** est mala vocis prolatione, ex organorum vitiositate proveniens. ex κακός male, & φωνή vox.

**CACOSIS** est mala dispositio e. g. in visceribus Gr. κακοσις δύση & κακῶθεν male habere.

**CACOTROPHIA** est nutritio depravata ex sanguinis vitio: ut in Lepra, impetigine &c. ex κακό, malum, & τροφή nutrio.

**CADUCUS MORBUS**, vide *Epilepsia*.

**CACOSTOMACHUS**, dicitur de alimentis quae vel stomachus respuit, vel quae eundem offendunt.

**CÆMENTUM** vid. Cementum.

**CÆSAREA SECTIO**, idem quod *Histerotomotomia*.

**CALANUS SCRIPTORIUS** est dilatatio quædam circa cerebri ventriculum quartum, quæ deinde in mucronem exacuitur, & ab hâc figura nomen obtinuisse videtur.

**CALCANEUS**, idem est quod *Calx*.

**CACHOIDEA**, sunt in pede osicula tria, tarsum una cum aliis constituentia, & à Fallopio cunei forma dicta.

**CALCINATIO** est misti per ignem, aut res corrodetes, (ut est Mercurius, aqua fortis, aqua regia &c.) in calcem solutio.

**CALIDARIUM** idem quod *Laconicum*.

**CALCULUS** est præter naturalis in corpore humano lapidosa concretio, quæ in omnibus fere partibus, cerebro, pulmonibus hepate cystide fellea, maxime tamen in renibus & vesica contingit. Causam materialē constituunt particulæ salinæ & terrestres quæ in loco quieto concrescunt. G. der Stein.

**CALIDUM INNATUM**, vide *Emphytum ibermum*, aut *Biologychnium*.

**CALLICREAS** sive *Pancreas*, est Glandula conglomerata, sub ventriculi parte posteriore collocata, longitudi-

tudinem habet trium aut quatuor digitorum in homine, tenui membrana à peritonæo investitur, terminatur in homine juxta ductum communem bilarium in intestinum duodenum ex cuius ducta lympha volatilis & insipida effunditur. Verum *Sylvius de le Boeum Discipulo suo de Graaf* succum acidum & subacidum, quandoque austерum & dulcem invenisse se dicunt, inde quoque originem ferè omnium morborum deducunt. Sed sciendum hoc fortasse p. n. fuisse observatum, cum vix unus ex centum hominibus exakte sanus, reperiatur. De hac quæstione vide Anat. nostr. Ref. lib. I. c. XI. usus est succo suo volatili chylum subacidum & bilis amarorem temperare, fermentare & volatilizare, ut tandem dulci sapore venas lacteas, subeat & ascendat. Componitur ex *καλός* pulchrum, & *χρίας* quasi dices carnem formosam.

**CALLUS**, est species tumoris sine dolore, cuti similis, ex nimio labore contractus. *Græcis τύλος Germ.* die harte Haut.

**CALOR NATIVUS**, vide *Biologynium*.

**CALVA**, *Plin.* Calvaria. *Celsi*, cranium, *κρανίον*, quod cerebrum integrat quasi *κράνιον*, id est, Galea. *πέλεας μόχγη* *Lycobr.* *σκάφος* *Aristoph.* *κύτος*. est integumentum capitis osseum, vide *Cranius*, der Schedel. Item pars capitis capillata superior, quæ à morbo vel senectute primo calvescit.

**CALVARIA**, idem quod *Calva*.

**CALVITIUM** apud græcos vocatum est *φαλάκρωσις*, & *μαδίρωσις* quod quidem vitium nihil aliud est, nisi depilatio capitis ætate hominibus adveniens.

**CALX**, *Plauto*. *Calcaneum* *Virg.* item *πλέυρα*, *σκελίς* est secundum os tarsi in pede, reliquis magnitudine & robore præstantius, oblongum & versus postteriora protensum, ut ei firmius homo insistat, nec lapsu facili retrosum concidat.

**CALX** quoque dicitur, quod calcinando, vel in al-

cool convertitur ut Calx saturni, vel saltem friabile factum est, ut, cornu cervi ustum. G. Raldf.

CAMARIUM vide *Fornix*. ex καμάρη fornix, testudo.  
CAMAROSIS, est cranii ictus, in quo ossis portio aliqua, in cameræ formam elevatur a καμάρη testudo.

CAMBIVM est humor secundum *Abicennam* qui inter quatuor humores recensetur, quorum usus erat, partes nutrire: primus dicebatur humor *Innominatus*: Secundus *ros*, Tertius *Gluten*; & quartus, qui proxime in alimentum convertebatur, *Cambii* nomine veniebat; sed ea figmenta, inventa à nobis circulatione sanguinis per fibras, planè concidunt.

CAMERATIO, idem quod *Camarosis*.

CANALES sunt ductus, per quos liquores transiunt: ut sunt ductus Salivales, Bilarius, Hepaticus, Pancreaticus, &c. Græcis πόροι ductus.

CANALICULUS arteriosus, est vasa inter arteriam pulmonalem & arteriam magnam in foetibus quod in adultis obliteratur. Usus in foetibus est ut ex arteria pulmonali per canaliculum hunc sanguis in arteriam magnam exoteretur, ex eo quod sanguis, (quia fetus in utero non respirat) in pulmonibus non acceditur.

CANCER, vide *Carcinoma*.

CANDISARE in pharmaceuticis notat saccharo canto obducere, e. g. fructus, cortices &c. Hinc candisata, saccharo canto obducta.

CANINA APPETENTIA, vide *Cynodes Orexa*.

CANINA RABIES, idem quod *Hydrophobia*.

CANINI DENTES, idem quod *Cynodontes*.

CANITIES, est mutatio capillorum ad colorem album ante legitimam ætatem. Canities enim duplex est: altera quæ secundum ætatis cursum obvenit: altera vero quæ vitiosa, & morbosæ ab *Aristotele* nuncupata est.

CANNA MAJOR, idem quod *tibia*.

CANNA MINOR, idem quod *fibula os*.

CAN-

**CANTHUS** vel cantus notat angulum. Hinc faccharum cantum, canthum, vel cantium, quod angulis plurimis gaudet. Germ. *Kandels-Zucker*, *Canthus* sive *Hircus* est angulus quem habet oculus; qui vel major sive internus, vel minor sive externus. Græcis ~~κανθός~~. Quorum qui ad nasum sunt, *parrhes* & *myia* appellantur, quod inde lachrymæ efflunt; & qui ad tempora, *παρεπιδυτικός* *Poll.* *Nicandro*. G. die *Augens-Winkel*.

**CAPELLA** Chemicis denotat vasculum ex ossibus calcinatis, vel simili materia confectum, in quo separatio metallorum puriorum ab impuris instituitur. Ita etiam appellatur vasa in quo arena continetur cui vasa una cum materja destillanda committuntur. G. *Capelle* / Sand-Capelle,

**CAPILLARIA VASA**, dicuntur venarum & arteriarum extremitates, quae capillos exigitate sua emulantur.

**CAPILLORUM DEFLUVIVM.** vid. *Alopecia*

**CAPREOLARIA** vasa vocantur vasa præparantia, quæ non recto ductu, sed instar capreoli vel hederæ contortæ progrediuntur versus testes.

**CAPREOLUS auris.** vide *Helix*.

**CAPRIZANS** dicitur pulsus irregularis & inæqualis, quando ictum unum fortiorem duo vel plures debiliores & citiores sequuntur.

**CAPSULÆ artrabilarie**, sive *Renes Succenturiati*, sunt corpora glandulosa, renibus super impositi: *Uſus eorum* est ut lympham in suas cavitates suscipiant, qua sanguis crassus à renibus refluat; & fero maxima ex parte destitutus, diluatur, & ad cursum circularem fluidior reddatur.

**CAPSULA CORDIS**, vide *Pericardium*.

**CAPSULA COMMUNIS Glissonii** in Hepate nihil aliud est quam membrana à peritonæo producta, cui porus bilarius & vena portæ in hepate simul includuntur.

CAPSULÆ SEMINALES sunt extremæ, vasorum semen deferentium capsularum instar dilatatae cava-  
tes, quæ per duo foramina, semen à testibus recep-  
tum, in vesiculas seminales emittunt, ut in iis ad co-  
itus tempus asservetur, vel per vasa lymphatica in-  
massam sanguineam reducatur.

CAPUT MORTUUM, est residua illa materia, crassa & sicca, quæ in destillationibus præcipue mineralium remanet: communissimè autem remanentiam vitrio-  
li notat

CAPUT PURGIUM, idem quod Errbinum.

CARBO, vide Anthrax.

CARBUNCULUS, idem quod Anthrax.

CARCINODES, est tumor p. n. Cancro similis. ~~καρκίνος~~ cancer, & ~~εἶδος~~ forma. Ein Krebs.

CARCINOMA, *Carcinus* sive *Cancer*, est tumor p. n. à salino sulphureo ac acri sanguine ortum ducens, rotundus, turus, lividus, dolens, in principio pisi magnitudine, sed postea gaudet venis circum se turgidis, pedesque cancri referentibus, quamvis non semper. Ex ~~καρκίνος~~ cancer, & ~~εἶδος~~ deponso. G. der Krebs.

CARCINUS, vide in Carcinoma.

CARDIA est Cor, sive musculus principalissimus, sanguini duntaxat circumpellendo destinatus; Vide Cor. Dicitur etiam de orificio ventriculi sinistro, quod ob circulum suum nerveum summè sensile existit, & maximum cum corde consensum habet. Unde saepius hujus dolores pro cordis dolore habentur, à ~~καρδίᾳ~~ palpo, vibro.

CARDIACA, est suffocatio cordis ex polypo, vel sanguine coagulato &c. Dicitur etiam *Syncope Cardiaca*. à ~~καρδίᾳ~~ Cor.

CARDIACUM est medicamentum, cor (ut olim putabant) roborans: sed potius blandam fermentationem sanguini inducens, qua spiritus exhausti reficiuntur, unde circulatio per consequens benignior & facilior

facilior redditur. ex *καρδίᾳ* cor, Herz-Stärckung / sed malim, Blut-Stärckung.

CARDIALGIA & *cardiogmos* Plinio *Rosio Stomachi* est morsus, rosio aut contractio nervi paris vagi & intercostalis stomacho inserti, à materia vellicante in ventriculo contenta, ita ut cor, ob consensum, angustum, & contractum, lipothymiam patiatur. à *καρδίᾳ* cor, & *λύγισι* doleo. G. Magen-Echmerßen.

CARDOGMOS, idem quod *Cardialgia*. ex *καρδιώσσει* cordis dolorem sentio.

CARIES est ossis corruptio, à diuturno humorum vitiosorum affluxu: vel ab acrimonia & malignitate eorum: vel à proprietate occulta: vel à contusione, os ipsum aliquo modo lœdente: vel à medicamentis acrioribus.

CARMINATIVA sunt medicamenta interna & externa quibus flatus in intestinis hærentes discutiuntur.

CARO est pars similaris fibrosa, sanguineo, molli, tomento instructa, crassa, una cum ossibus corporis firmamentum existens, estque vulgo quadruplex. *Musculosa*, *fibrosa*, ut in musculis, & corde. *Parenchymatica*, ut pulmo, Hepar, lien. *Viscerala*, ut intestina. *Glandulosa*, ut pancreas, glandulæ mammariæ, salivales &c. Sed proprie loquendo sola musculosa hoc nomen meretur. Græcis *οὐρὴς* Germ. *Fleisch*! *Caro* etiam significat substantiam illam molliorem fructuum succulentorum, quam alias pulpam vocamus, ut *pulpa* vel *Care Casiae*, *Cydoniorum*.

CAROTIDES arterie, duæ sunt, externa, vel interna: Externa quæ juxta cor assurgens, in duos ramos dispescitur, quorum exterior ad fauces, faciem, capitis verticem, & retro aures varie distribuitur, alter vero ramus apparatu quodam velut mechanico, os cu- nei forme pertransit; in eo enim peculiarem in utroque latere canalem natura insculpsit, in quo arteria illa in majorem cautelam tunica insuper ascititia crassiore investitur, sic igitur ducta instar S duplex ca-

nali osseo elapsa, tunicam ascititiam deponit, & ῥύκεφάλω suo sanguine prospicit, circa nervum igitur ophthalmicum ascendens, ad latera porrigitur, deinde ad anteriorem cerebri regionem intra ductum nervorum olfactoriorum, ultimò ad posteriora protenditur & juxta medullam oblongatam & spinalē medullam crano exiens eam suo liquore ad os sacrum usque irrigat. Olim arteriam illam vertebralem seu internam vocabant eo, quod putarint eam ascendere & cranio immisso cum carotide conjungi, quod tamen juxta accuratiss. Willistum, secus experimte. *Soporales* seu *Carotides* vocantur quia si vinculo constringantur, illico affectus soporofos excitant. Veteres male soporem naturalem inde produci existimabant. *Carpo* & *Celso* σφαγίτη appellantur, id est jugulares. à σαρόν soporem induco.

**CARPIA** à Gallica voce *Charpie* originem dicit, vulgo *Carpie*. Latinis *linteamentum carptum*, vulsumve è linteis concerptis: *Linamentum rasile*. Græcis πάταξ, μότος διάσυνθετος Ἐγίνεται, πάχυς Αψύρτο. *Delinamentum sanarium*, est conceptum linamentum, quo vulneri ulcerive immissio sanies inanit. ἡμπυνος μοτος Hippocrati *Linamentum rasile*, è lanugine linteorum erasa conficitur. ξυστος μοτος ξυστημ *Erotiana*, ἀχινοδοτης Hippocrati. G. geschabte Wicken. *Linamentum tortile* è materia contorta fit: σρεκτος μοτος.

**CARUS** est sopor p. n. in quo ægri vellicati, compuncti aut vocati, vix sensio[n]is notas ostendunt, absque febre, Lethargo major, & Apoplexia minor est. Causa est obstructio vel compressio pororum & meatus versus cerebri meditullium cunctium & in corporis callosi limbo saltem extimo sedem habentium. à σαρόν soporem induco. G. die Schlaff-Sucht.

**CARPUS**, vulgo *Brachiale*, prima palmae pars *Celso* σαρκος. κρανις *Hesich.* est pars brachii inter partem in superiorum cubiti & manus: constat ex ossiculis octo quibus cubitus manui connectitur.

CARTILAGO, est pars alba, Ligamento siccior, duriorque; osse verò mollior, dicitur similaris & spermatica, sed falsò, quia non magis ex semine conficitur ac cæteræ partes. Articulationem faciliorem reddit, partesque varias ab injuriis externis defendit. Græcis χόλες. G. Knorpel / Knorpel-Bein.

CARUNCULÆ MYRTIFORMES, sunt orificii vaginæ mulebris corrugationes, seu membranosæ inæqualitates nullo certo numero comprehendendæ, quæ in parturientibus, & post partum ita obliterantur, ut earum vestigium vel minimum non remaneat. Ut plurimum conspicuntur quatuor.

CARUNCULÆ OCULI sunt glandulæ, utriusque cantho majori appositæ, humiditatem pro oculis humectandis, secernentes, quæ lachrymatum nomine venit, quæque deinceps per puncta lachrymalia, ossa nasi insculpta, in nares exonerantur.

CARUNCULÆ PAPILLARES sunt corpuscula exigua in renibus, numero decem; proprie sunt fasciculi à concentratione canalicularum, ex quibus renum substantia maxime constat orti, qui serum à canaliculis recipiunt & in pelvem deducunt.

CASTRENSES morbi dicuntur, qui in castris potissimum & ferè epidemicè grassantur.

CASUS UVULÆ, vide in Cion.

CATACLASIS in genere significat perversionem, perfractiōnem. In specie vero dicitur de oculi perversione, cum palpebræ pervertuntur, idque alterius musculorum oculos claudentium convulsionem indicat.

CATACLIDA, est costa prima, subclavicula dicta: ex Κάτω infra, & κλαῖνει clavis.

CATAGMA est ossium fractura, sive separatio continuæ in duris corporis partibus, quæ externè duro quodam instrumento, vi partem affligente, efficitur; cuius differentiæ à parte & accidentibus desumuntur. Germ. Ein Bein-Bruch.

CATAGMATICUS dicitur de eo quod ad fracturas curandas necessarium est.

CATALEPSIS sive *Catochus*, est omnis functionis animalis abolitio, in respiratio manet integra, & ægri eum corporis habitum servant, in quo erant, cum hoc affectu corriperentur. Causa videtur consistere in obstructione vel angustatione corporis striati, nempe in iis poris, per quos objecta cerebro repræsentantur, ita ut nulla alicujus objecti perceptio adsit, verum poti per quos spiritus animales à cerebro ad organa sensuum protenduntur satis liberi manent. à καταληψιᾳ comprehendo, corripi.

CATALOTICA, idem quod *Cicatrizantia*. à καταλοσίᾳ tero.

CATAMENIA, sunt menstrua muliebria, quæ singulis mensibus, à fermentatione massæ sanguineæ inducta, propter fermentum uterinum ei inspiratum turgescunt & foras prorumpunt; aliorum sententia est à semine in testibus generato & sanguini communicato. Quidam menstruorum causam lunæ motibus adscribuit, hoc autem concessum foret, ut uno eodemque tempore, omnes simul menstruum fluxum paterentur. Menstrua incipiunt anno duodecimo, decimo tertio, vel decimo quarto: desinunt vero, circa annum quinquagesimum, verum hoc exactè determinari vix potest. Supprimuntur in prægnantibus, & lactantibus: regula tamen non est. ex καταμήναις singulis mensibus. Germ. die Zeit. Die Weibliche Zeit.

CATAPASMA est pulvis fragrans, qui odoris sui causa vestibus inspargitur. Item pulvis fragrans qui post illitionem, stomacho aut cordi applicatur. à καταπάσμα inspergo. vide *Diapasma*.

CATAPHORA idem est quod *Coma*, verum in eo differunt, quod *Cataphora* tanquam genus omnium stuporum sine febri sumatur. à καταφορῃ deorsum fero, quia ægrorum membra deorsum concidunt. Germ. Schlaff-Sucht.

CATA-

CATAPHRACTA est fascia sive ligatura thoracis, à καταφράσσω munio.

CATAPHASMA, est medicamentum topicum pultis consistentia. Praescribitur fere duobus modis, nempe vel per coctionem vel sine eâ. Illud fit frequentius, hoc saepe majorum est virium. In illo jubentur assumi vegetabilia, scopo convenientia, ut radices, herbæ, semina, flores, fructus &c. additis appropriatis, aut illis omissis: quæ omnia in s. q. liquoris, v. g. aquæ, cerevisiæ, lactis, vini, &c. coquuntur ad pultis consistentiam. Hoc paratur ferè ex vegetabilibus minime concisis, affuso tantum liquore sufficienti, eâ solum quantitate, ut respondeat consistentiæ pultis. Possunt hic quoque addi farinæ, mica panis, olea, unguenta, sicuti quoque in prioris generis cataplasmatibus, à καταπλάσσω illino G. ein Brey ein Umschlag.

CATAPOTIUM vulgo pilula, est medicamentum internum, quod deglutiendo ad alvum subducendam & purgandam, in forma pilularum assumitur. ex κάτω deorsum, & πίω bibo, G. Pillen.

CATAPTOsis est Epilepsiae symptoma cum homines derepente in terram concidunt. à καταπότω deorsum cado. G. Niederstürzung in der fallenden Sucht.

CATARACTA est duplex *incipiens* seu *suffusio*, vel *confirmata* seu *cataracta* propriè dicta. *Incipiens* est oculi suffusio, cum nempe nubeculæ, festucæ aut muscæ, ante oculos volare videntur. *Confirmata* vero est, quando à pellicula tenui, pupilla in totum vel ex parte occluditur, ita ut radiis solaribus debitus ingressus præcludatur. Cataractæ confirmatae curantur acu per membranam albugineam & corneam ad cataractam usque adacta, quæ acu deprimenda & firi resiliat comminuenda, deinde oculus aqua rosarum & albumine ovi cum alumine conquaßato obligandus. à καταρρεούσῃ confundo. Græcis ωνοχυμα. Germ. der Staar / ein Fäll über dem Auge.

CATAR-

CATARRHOPUS est quando humores, vaporess, vel fatus deorsum ruunt, ex *zēta* deorsum, & *rho* fluo.

CATASARCA, idem quod *Anasarca*. ex *alpha* per, & *sigma* caro.

CATASCHESIS est dispositio bona, hecicæ opposita. ex *alpha* per, & *gamma* habitus dispositio.

CATASTASIS est corporis humani, vel temporis dispositio. à *zeta* constituo.

CATATASIS est extensiō corporis versus inferiora, ex *zeta* infra, & *tau* tendo.

CATHÆRETICA sunt medicamenta, superflua auferentia. ex *zeta* dejicio.

CATHARMA, idem quod *Catharticum*.

CATARRHUS, est seri vel lymphæ in glandulis & vasis lymphaticis motus læsus, ut vel subsistat, vel vitiosè per glandulas irritatas profluat. Contingit in omnibus partibus, ubi vasa lymphatica & glandulæ sunt, e. g. in capite, naribus, ore, oculis &c. Olim credebatur esse humorum p. n. à capitè ad subjectas partes, ut nares, os, pulmones &c. defluxus; velut in Coryza, & Brancho contingit. Hinc versus:

*Si fluat ad pectus, dicatur Rheum & Catarrhus.*

*Si ad fauces, Branchus, si ad nares, esto coryza.*  
ex *zeta* deorsum, & *rho* fluo.

CATARHALIS febris est que conjuncta est cum vitioso seri seu lymphæ motu. Sæpius excitat ab aëre & epidemia est.

CATHARSIS, idem quod purgatio. per inferiora.

CATHARTICUM est medicamentum purgans, quod ventriculum, intestina & quicquid in sanguine heterogeneum & vitiosum fuerit, expurgat & in communem cloacam, seu intestina præcipitat. Vide *Purgatio* & *Vomitorium*. *Catharrica* dicuntur *Cholagogia*, ut *Rhabarbarum*, *Scammonium*, *Cassia fistula*, *Diaprunum solitum*, &c. vel *Plegmagoga* & *Hydragoga*, ut *Corynthis*,

*cynthis*, *Jalappa*, *Mechoacanna*, *Diaphanicum*, *Diacaribatum* &c. vel *Melanagoga*, ut *Helleborus niger*, *Folia Sennae*, *Confettio Hamech*, *Trocobisci Albandal*. Vocatur item *purgans med. purgatio*, *Medicamentum ventrificum Aurel.* quod alvum dejicit. καθάριστος, καθαρετίστως ή καθηγετικός φάρμακον, ὑπηλατών Hippoc. ἐλατηρος Eustath. & Poll. καθόσμενος φάρμακον *Moschopulo*. à καθάριστα purgo, mundo.

CATHIMERINA, idem quod *quotidiana Febris*.

CATHETER, est instrumentum fistulosum, quod per penem virilem vesicæ immittitur, ad urinam à calculo suppressam, evacuandam: vel cujus cavitati instrumentum *Itinerarium* dictum intruditur, ad calculum vesicæ explorandum, ut hoc negotio Sphincterem vesicæ ostendat, ad incisionem in perineo faciendam, *Aenea Fistula Celsi*, *Aeginetæ σίφης* immitto.

CATHERISMUS est administratio, qua per catheterem injectio in vesicam, mediante siphone, fit.

CATHOLICUM est medicamentum commune omnes vitiosos humores educens, quod in officinis asservatur. ex καθάρισμα per, & λόγον totum.

CATINUS, denotat in genere pyxidem terream quamvis, item ollam. Chimicis vero aliquando in specie notat vas terreum vel etiam terreum quod cineres vel arenam continet in furnis. Germ. Eine Sand-Kapelle.

KΑΤΩ PURGARE, hoc est per inferiora purgare.

CATOCHÉ, idem quod *Catalepsis*. ex κατά deorsum, & ιχνον habeo.

CATOCHUS, idem quod *Catalepsis*.

CATOPSIS, idem quod *Myopia*.

CATORETICA idem quod *purgantia*. ex κατώ infra, & πένα fluo.

CATOTERÍCA idem quod *purgantia*. à Positivo κατώ infra, deorsum.

CAVI-

**CAVITATES** sunt ventres majores, in quibus princeps aliquod viscus continetur; ut in capite, cerebrum; in thorace, pulmo, cor &c. in abdomen, hepar, lien, renes, ventriculus, intestina, vesica, &c. suntque tres, caput, thorax, & venter.

**CAVITATES** minores sunt cerebri & cordis ventriculi, de quibus suo loco. Vide *Ventriculi*.

**CAULEDON**, est fractura ossis transversim facta, fracti ossis partes ita separans, ut è directo non jacent. à καυλός caulis virga.

**CAUSODES** idem quod *Causus*. à καίω uro, & ἀδος forma.

**CAUSTICA** sive Escharotica, sunt quæ cutim & carnem in duram crustam sive escharam exurunt, ut sunt æs ustum, Calx viva, Mercurius sublimatus, Ruptorium, ferrum candens &c. à καίω uro. Germ. Brennende / Aetzende Mittel.

**CAUSUS**, seu *febris ardens*, ea est, quæ cum majori æstu, quam in aliis continuis, siti fere intolerabili, aliisque symptomatibus insigniorem sangvinis phlogosin arguentibus, cursum suum peragit. Ejus ratio formalis, qua à cæteris putridis, discriminatur, in hoc consistit, quod temperies sangvinis in hac febri affectis sit calidior, hoc est, sulphure concremabili magis abundat, ideo cum effervescit, majori copia accenditur, & deflagratione sua, caloris intensissimi effluvia per totum corpus diffundit, ejus motus est acutus, & cito ad statum pervenit, symptomatibus magis horrendis stipatur, crifim habet difficilem, & plenum aleæ periculose eventum. A καίω uro, incendo Germ. Ein gar hitzig Fieber.

**CAUTERIUM**, est instrumentum Chirurgicum ex ferro, auro, vel argento confectum, quod postquam incanduerit, actualem inurendi vim obtinet, cuius magnitudo & forma variat. Quandoque etiam pro cauterio potentiali sumitur, quod ex lixiviiis vel calce viva paratur; à καίω uro.

**CEDMATA** dicuntur defluxiones ad articulos, & præcipue ad coxendicem, à οκεδαχαι disipo.

**CELE** est tumor p. n. in quacunque parte excitatus. à κυλωσι intumesco.

**CELLULE INTESTINI COLI**, sunt cavitates, in quibus stercore aliquandiu morantur, ut adjacentes partes uno calore foveant, & quæcunque cruda sunt diutius in iis coquantur & fermententur.

**CEMENTUM** est pulvis, cuius ope calcinatio cementatoria peragitur. Vel ut alii, est mineralis acuta materia & penetrans, cum qua metalla strata, ad cementandum reverberantur, estque vel simplex vel mixta; item in forma pulveris vel pastæ.

**CENCHRIAS** est Herpetis species, à similitudine seminis milii, Herpes miliaris dicta. vide Herpes. à κιγχρια milium.

**CENEANGIA**, est vasorum sangvineorum evacuatio per venæ sectionem. 1. Conducit in plethora, ut natura nimio pondere liberetur; 2. Ad revulsionem eum nimio fluxu ad hanc vel illam partem ruat; 3. Præstat ad sanguinem jam in partem delapsum alio derivandum, licet ibi fixam nondum habeat sedem, neque extra venas vagetur. 4. Ad sanguinem in febris ardentibus & putridis ventilandum & refrigerandum. à κεναια evacuo, & αγγειο vas.

**CENTRUM**, est medium corporis non Mathematicè sed Physicè sumptum, idque cor esse affirmant, à quo tanquam centro sanguis in ambitum corporis propellitur & circulariter relegatur. à κεναια pungo, punctum enim est medium cujusque centri.

**CEPHALÆA** est dolor capitis pertinax & difficulter cedens. à κεφαλη caput, labore, ago, Germ. Langwierige / eingewurzelte Haupt; Beschwehrung oder Beh.

**CEPHALALGIA** est capitis dolor, ab intemperie vel prava conformatione ortum ducens. ex κεφαλη caput, & λαιψι doleo. G. Haupt-Beh.

CEPHA-

CEPHALICA, sunt medicamenta spirituosa & volatile, ad capitis mala pertinentia. Item vena extera in brachio. *Cephalica* dicta, quia in capitis morbis secari solebat. à κεφαλῃ caput.

CEPHALOPHARYNGEI est primum musculorum gulæ par, à capitis cervicisque confinio demissum, & in tunicam œsophagi latius expansum. ex κεφαλῃ caput, & φάρυξ fauces.

CEPHALOPONIA, est gravitas aut dolor capitis. ex κεφαλῃ caput, & πόνος dolor, labor.

CERÆA, sunt uteri cornua in brutis, in quibus generatio fit. à κέρες cornu.

CERATIO, vid. inceratio.

CERATIUM, idem quod *filiqua*.

CERATOGLOSSUM, est proprium muscularum linguæ par, à cornibus osis hyoidis prognatum, & linguæ lateribus junctum; usus est linguam rectam deorsum interiora versus movere, quando ambo agunt: si verò alteruter contrahitur, in latus movet dextrum vel sinistrum. ex κέρες cornu, & γλῶσσα lingua.

CERATOIDES, idem quod *Cornea tunica*. à κέρες cornu, & ἀνθετη formâ.

CERATOMALAGMA, est compositio emolliens ex cera aliisque paratum. à κερός cera, & μαλακώμι emollio. Germ. eine gelinde Balsalbe.

CERATUM à cera sic dictum, medicamentum est externum ex cera, oleis, & nonnunquam pulveribus compositum, unguento crassius, & emplastro mollius.

CERCHNOS, est Laryngis quædam asperitas, quæ instar granorum juniperi sentitur, unde tuscula sicca excitatur. à κέρχω raucedinem induo.

CERCIS, est os cubiti secundum, quod *Radius* appellatur, qb radii rotarum æmulationem. à κέρκη radius.

CERCOSIS, idem quod mentula muliebris, Tentigo, estque morbus muliebris auctæ magnitudinis in Clitoride. Vocatur etiam symptoma turpitudinis.

CEREA,

**CEREA**, idem quod *Achor.*

**CEREBELLUM**, sive παρεγκεφαλίς Heropb. ἕγκεφαλος Galeno ἀποδιτός Poll. ἐπίθετος δύναμις est posterior pars, itidem ut cerebrum ex substantia cinerea seu cordicali, & alba seu medullari constituta, in qua spiritus animales, actionibus involuntariis & merè naturalibus obeundis generatur. In homine, non item in brutis, exterius ex plurimis lamellis, sibi invicem incumbentibus constare videtur.

**CEREBRUM**, vitalia capitis, Plin. ἕγκεφαλος, άδυκός μύελος Sophaeli, stricte sumitur pro parte anteriore τὸ ἕγκεφαλον, estque sustantia sui generis, exterius tegitur pia matre, plurimis gyris anfractibusque dotatur. Exterior substantia cinerea est, in qua spiritus animales generantur, interior alba, quæ spiritus animales ex corticali recipit, eosque per corpus callosum & medullam oblongatam in nervos exonerat, à quibus actiones voluntariae maximè dependent. Item, cerebrum est imaginationis, judicii, memoriae & reminiscientiae subjectum; idæc enim seu species rerum ab organis sensuum externorum receptæ, deferuntur ad sensuum commune sive initium medullæ oblongatae, deinde per corpora striata ac corpus callosum ibi imaginatio & judicium fit, verum in corticali substantia memoriæ sedes dicitur; si idæc, post aliquod tempus ex memoriæ loco revocantur, reminiscientiae nomine veniunt. Somnus item fit in cerebro, de quo vide suo loco. Germ. das Gehirn.

**CERELÆUM**, est linimentum ex cera & oleo compositum. à κηρῷ cera, & ὄλαιῳ oleum.

**CEREVISIA MEDICATA**, est in qua medicamenta, cuilibet morborum scopo, convenientia, infusa fuerint. Germ. Kräuter Bier.

**CERIA**, idem quod *Fasme.*

**CERIO**, idem quod *Fasme.*

**CEROTUM**, idem quod *Ceratum.*

**CERUMINA**, Græcis κέρωμα sunt aurum fordes

quæ in meatu auditorio ex cartilaginibus exudare videntur. Alii ex glandulis auri adjacentibus provenire existimant. Constant ex plurimo sale & fulphure adusto, unde amaritudo dependet. Utilia sunt, ne pulvis, festucæ, animalcula &c. aurem internam subeant. Vide *Marmorata aurum*. Germ. Ohren-Schmalz.

**CERVIX** notat modo generaliter idem quod collum, seu pars intermedia inter caput & thoracem. Constat septem vertebris. Dicitur hinc etiam de omnibus iis angustioribus cavitatibus quæ alias nomen colli obtinuerunt, ut cervix uteri, vesicæ. In specie vero notat colli partem posteriorem. Germ. das Genick.

**CHALALSTICA**, sunt medicamenta quæ sua humectandi & emolliendi vi, partes constrictas relaxant, à ~~χαλάσσῃ~~ relaxo, remitto.

**CHALAZIA** item ~~χαλάζεις~~, grando, est tuberculum in palpebris grandinem referens.

**CHALAZÆ**, binæ singulis ovis obtigerunt, altera in obtuso, altera in acuto angulo. Plus earum in albumine reperitur; vitello tamen validius adhaerent, ejusque membranæ appenduntur. Corpora sunt longiuscula, concreta magis quam albumen & albidiora, nodosa, luciditatis cujusdam non expertia, ut grando; unde illis nomen. Constat enim quælibet Chalaza pluribus quasi grandinibus albumine ab invicem junctis: earum altera major est, & longius à vitello versus obtusum ovi cacumen protenditur: altera minor, à vitello inferius versus acutam ovi partem porrigitur. Major est duobus vel tribus nodis, quasi grandinis granis, globalisve conflatur; qui modico intervallo à se invicem distant; minor ordine majori succedit. Est etiam morbus siccum, à ~~χαλάζῃ~~ grando.

**CHALINOS**, *Aureliano* est ultimus angulus oris ac compago, vel buccarum pars circa labiorum confinia. ~~χαλίνος~~, quod sit veluti frænum & retinaculum oris.

CHA-

CHARACTER, est signum figuratum & mysticum, quo apud chymicos aliquid designatur. à ~~sculpo~~ sculpo. G. ein Zeichen.

## CHARTA VIRGINEA, idem quod *Amnios.*

CHEIMETLON, idem quod *Pernio*. à χειμεθλία per-nionibus labore.

**CHEIRONIUM**, idem quod *Cacoethes*.

**CHELE** notat. 1. Forficem cancerorum denticulatum. 2. Instrumentum chirurgicum. 3. Nonnullis etiam ita dicuntur fissuræ pedum, pudendi &c.

CHEMIA, idem quod Chymia. Olim significabat artem, χειροποίησις & Μετατρεψία.

CHEMOSIS, est p. n. unicæ albæ tumor, ita ut oculi nigrum concavum videatur, à *xajw* hio.

**CHIASMUS** est figura decussata instar crucis  $\perp$ .

**CHIMETLON**, idem quod *Pernio*.

**CHIRARGRA**, est arthritidis species, sive articula-  
ris manuum dolor, ab effervescentiis particularum  
acidarum & salis fixi. Vide *Arthritis*. Ex *χειρίς* ma-  
nus, & *ἀγένων* venor, quasi manibus captus. Germ.  
Das Zipperlein an den Händen.

**CHIROMANTIA**, est divinatio ex inspectione manuum, qua ex lineamentis futura prædicuntur. Medicis scitu non necessaria, cum potius sit ars diabolica & fallax. Ex *χει*, manus, & *ωάτης*, yates.

**CHIRONES**, idem quod *Sirones*.

CHIRONIA, est ulcus malignum, & curatu difficultissimum.

CHIRURGIA, est ars, qua ope manutum vel instrumentorum, morbos auferre nitimur. *Vel* est pars Therapeuticæ, qua morbi incidendo, urendo, & membra dearticulata restituendo, curantur. *Vel* Chirurgia est scientia docens modum & qualitatem operandi in corpore humano vivente. *Vel*, ut *Pigo* habet, Chirurgia est scientia docens modum & qualitatem in carne, nervo & osse hominis laborantis operandi propriis Chirurgicorum manibus. Estque quin-

**tuplex** : quamvis alii quadripartita divisione gaudent. 1. *Symmethefis* seu separata conjungens. 2. *Diarefis*, continua solvens. 3. *Diorthosis*, compressa & contorta corrigens. 4. *Exaeresis*, superflua extirpans. 5. & *Anaplerosis*, deficiente restituens. ex  $\chi\alpha\epsilon\pi$  manus, &  $\epsilon\gamma\pi\omega$  opus.

**CHIRURGIA INFUSORIA** est artificiosa medicamentorum liquidorum in venas animalium & hominis injectio ad curandos morbos varios & aliás fere desperatos instituta. *Transfusoria* vero est sanguinis ex animali vivente fano in ægrum transfusio, itidem sanandorum morborum causa instituta.

**CHIRURGUS**, est vir artis Chirurgicæ peritus. Ex  $\chi\alpha\epsilon\pi$  manus, &  $\epsilon\gamma\pi\omega$  opus, qui Instrumentis & manibus suis in corpore humano operatur.

Gaudent sèpè hoc *Oweni Epigranamate*:

*Bella magis, pacemque precor? mibi serbis utrumque:*

*Ambo Patroni Marsque, Venusque mei.*

**GLOROSIS**, sive *morbus virginensis*, vulgo *itterus albii*, quia ex albo virent. Videtur esse species Leucophlegmatiae ex mensium obstructione, & semenis vel fermenti uterini detentione vel depravatione ortum ducens, unde fibris muscularibus obstructis, ad quodvis opus peragendum tardæ & segnes evadunt. à  $\chi\lambda\omega\epsilon\zeta\omega$  viridis sum. Germ. Die Bleiche-Sucht.

**CHOANA**, est infundibulum in basi capitis repositum, per quod excrementa serosa ex cerebri ventriculis, ad glandulam pituitariam deducuntur. Item pelvis renum, de qua suo loco. Græcis item πύελος ἀλώς Herophilo. à  $\chi\omega\omega$  fundo. Germ. Ein Trichter.

**CHOENIX**, est Mensuræ genus, sextarios duos continens.

**CHOERAS**, idem quod *scrophula*. à  $\chi\omega\pi\omega\pi$  porcus : forte quia porcis familiaris est.

**CHOLAGOGA** sunt medicamentæ sulphureos & biliacos humores evacuantia, ut *Rhabarbarum*, *Senna*, *el. diaphrungi* &c. à  $\chi\omega\pi\omega\pi$  bilis, &  $\alpha\gamma\pi\omega$  duco. Germ. Ein Galls abführend Medicament.

CHO-

**CHOLEDOCHUS**, est *ductus biliaris*, communis datus, quo ex vesicula fellis & ductu hepatico, bilis ad intestinum duodenum propellitur. Ex *χολῃ* bilis, & *διχομας* recipio.

**CHOLERA**, *Aureliano*, felliflua passio. Est motus ventriculi & intestinorum depravatus, quo recrementa biliosa per os & anum, magna copia excernuntur. Causa aliquando est in ipsa acrimonia bilis, cum succo pancreatico p. n. acidissimo concurrentis & effervescentis. Ex *χολῃ* bilis. Germ. Ein gallischer Bauchfluss.

**CHOLERICUS** qui cholericō temperamento est præditus.

**CHOLERICUM** temperamentum est talis sanguinis dispositio & partium inter se proportio, ut salinæ volatiles & *φλεβαι* acres abundant, serosæ verò temperatae deficiant. Unde motus intestinus & adeo calor major, nutritio verò respective minor in eo observatur.

**CHONDROS**, vide *Cartilago*

**CHONDROSYNDESMUS**, est ligamentum cartilaginosum, sive unio ossium, interveniente cartilagine. Ex *χόνδρῳ* cartilago, & *σύνδεσμῳ* colligo.

**CHORDA**, idem quod tendo, nervus, vel intestinum, de quibus suo loco.

**CHORDAPSUS** sic *Celsus* dicitur, à *Barberus* Miserere mei : alii Iliacam passionem. Tormentum *Aurelianus* dixit, *holvulus* etiam non inscitè appellatur, vulgo *stew*. Estque fæcum alvinarum per solum os ejectio, ab obstruktione excrementorum, à statibus, inflammatione aut involutione & convulsione intestinorum producta, cum nempe superior pars intestinorum in inferiorem, vel è contra se insinuaverit, qua involutione velut nodi inde exoriuntur, unde quoque motus peristalticus inversus. Ex *χορδῇ* intestinum, & *στένῃ* nodum facio, necdo.

**CHOREA SANCTI VITI**, est infanæ species, quæ

F:z aliquan-

aliquando diu grassata est, hominibus non decumbentibus, sed ὁ γεσαδλού, ut *Hippocrates* appellat, discurrentibus & saltantibus, ac choreas ad extremum usque spiritum, nisi per vim inde abstracti fuerint, ducentibus. *Horstius* inquit se cum mulieribus quibusdam locutum, quæ quotannis Sacellum S. *Viti*, quod est in finibus *Ulmensium*, visitantes, ibidem saltu cum perturbatione mentis, eousque sese nocte dieque exercuerint, donec ecstaticarum instar corruerint: quia ratione sibi restitutæ visæ sunt, ut parum vel nihil senserint per annum integrum, usque ad Maji tempus subsequens, ubi membrorum inquietudine eousque sese torqueri retulerunt, ut vicissim circa festum S. *Viti* ad prædictum locum, saltationis gratia, sese conferre cogerentur.

CHORION est membrana externa, una cum cæteris membranis & humoribus fætum in utero comprehendens. In mulieribus figura orbiculari prædicta est; superiore sua parte, placentæ qua utero adhæret annexa. Dicitur fortè sic à χωρὶς secedo, quod post fætum enixum secedit: vel à χωρὶς parvus locus, eo quod in ipsa membrana, tanquam in loco parvo, fætus novem menses habitat, ut volunt *V. hort. Plempius* cum *R. de Graaf.* vel δῶν τὸ χωρὶς à choro, quia in eo vasa, ut in choro, ordinata sunt. Germ. Das euerste Häutlein der Gebuhrt.

CHOROIDES, est plexus arteriæ carotidis in cerebro, cui inhæret glandula pinealis. Item Uvea tunica pupillam constituens. Ex χόρη chorus; eo quod vasa velut in choro disposita sint, & ad formam

CHROMATISMUS est coloratio seu tinctura naturalis & p. n. urinarum, salivæ, cruoris, vel steroris, à χρωμάτῳ coloro.

CHRONICUS morbus est diuturnus, ultra quadragesimum diem extensus, ut febris quartana, phthisis, asthma, hydrops &c. A χρόνῳ tempus. Germ. Eine langwierige Krankheit.

CHRO-

CHRONIUS, idem quod *Chronicus*.

CHRYSOCERAUNIUS PULVIS, est aurum fulminans, quod præparatur ex auro aqua Regia soluto, infuso oleo tartari, ubi calx ad fundum præcipitatur, quæ edulcoratur & ad usum exsiccatur. Hic pulvis cochleari exceptus & igni expositus cum impetu rafficit & sonum ingentem excitat, instar tonitru. Vid. etiam pulvis fulminans ex *χρυσός* aurum, & *κέραυνος* fulmen.

CHRYSOPOEIA est ars conficiendi aurum ex aliis metallis, quæ vulgo Alchimiavocatur.

CHYSULCA aqua idem est quod apud Regia.

CHYBUR & *Cibibur* Chimicis notat sulfur.

CHUS, est mensura continens sextarios quatuor, sive chœnices duos.

CHYLIFICATIO, est actio naturalis, quæ chylum conficit. Vide *Chylus*.

CHYLISMA est vel expressus succus, it. extractum succosum vel rob.

CHYLOSIS, idem quod *Chylificatio*.

CHYLUS est succus albus, ex levi dissolutione & fermentatione alimentorum, præcipue sulphuris & salis, quibus esculenta abunde scatent, in ventriculo & intestinis productus, qui, interveniente ventriculi succo acido, albus redditur. Si enim liquori cuilibet, sulphure, aut sale volatili imprægnato, humorem acetosum confundas, illico lactescit; uti cernitur in præparandis lacte sulphuris, aut extractis vegetabilium resinosis. Quin & spiritus cornu cervi, aut fuginis, sale volatili plurimum refertus, si liquori acidu vel aquæ simplici confundatur, colorem lacteum acquirit. Tandem Chylus post commixtionem bilis pariter & succi pancréatici volatilis vel acidi fermentationem, intestinalorum poros & lacteas vénas subiens, sanguini suffunditur. Vel rectius *Chylus* dicitur succus albicans ex alimentis beneficio menstrui ventriculi & intestinalorum subsalsi aut insipidi extractus, &

in lacteorum oscula propulsus. Albedo autem ejus dependet ex oleosarum s. & earum pingvium cum aqueis mixtura & semipræcipitatione, qualis in emulsionibus & mixtura essentiarum resinosarum cum aqueis observatur. A χυλόν in succum redigo. Latinis etiam *Chymus*, quamvis alii inter hunc & chylum distinguant : Chymus enim notat humorem crudiorum in ventriculo & intestinis, cui recrementa adhuc admixta ; Chylus verò puriorem qualis in lacteis apparet.

**CHYMETLON** idem quod *pernio*.

**CHYMIA** vel Chemia est corporum sublunarium in sua elementa, resolutio ; & vicissim elementorum in corpora priora coagulatio, ad mediamenta gratiora, salubriora & tutiora concinnanda. Ejus partes duæ sunt, solutio nempe, & coagulatio. *Chymia* vel *Che-mia*, seu cum Arabico articulo *Alchymia* vel *Alkymia*: unde sit deducta, alii aliter sentiunt. Alii chymiam à χύμῳ vel χιμῷ dictam existimant, quod scilicet metalla dura, visceribus terrae effossa, liquare & fundere primum docuerit. Alii χημία nominant quasi ut quidam volunt *artem Egyptiam*, Cum enim ut refert *Plutarchus* in libro *de Iside & Ofride*, *Egyptius* à Sacerdotibus Sacrâ Linguâ Chemia appellaretur ; aut ut est apud *Herodotum*, in *Egypto*, oppidum quoddam vetustum, *Chemis* nominaretur, hinc *Chemiam* quasi *artem Egyptiam*, in *Egypto* scilicet primo seu inventam seu excultam, dictam putant. Alii à quodam *Alchymo* seu inventore seu cultore hujus artis, dictam existimant : sed sine fundamento : imò imperitè. Cum enim ab aliis ars hæc *Chemia* & *Chymia* appelletur : ex Arabicâ lingua articulum, AL, arcēsisse facile patet. Alii *Halchemiam*, quasi salis fusoriam dictam putant ; sed etiam eādem de causâ ineptè. *Calina Rhodiginus*, antiqu. leet. lib. 7. cap. 3. *Archymiam*, quasi ἀρχυγενή nominat, verum cum nondum satis constet, an vox hæc Græca vel Arabicâ aut *Egyptia* sit, de ejus derivata-

rivatione non multum laborandum. Vocatur item *Spargiria Hermetica ars, ars perfecti Magisterii, ars Segregatoria, Separatoria & Distillatoria.* Germ. *Chymie, Alchymie, Scheide-Runst.*

**CHYMICA**, seu *Chymicalica*, sunt medicamenta, quæ Chymici præparant, ut gratiiori & minori quantitate ab ægris assumantur. G. *Chymische Medicamenten.*

**CHYMICALIA** idem quod *Chymica*.

**CHYMICUS**, est artis Chymicæ peritus, sive Chymicus est artis dissolvendi, & vicissim coagulandi peritus. Germ. *Ein Chymist.*

**CHYMOYSIS** seu *Chemosis* est palpebrarum ex inflammatione distorsio: item tunicæ Corneaæ in oculo inflammatio. à *χάρα* hisco.

**CHYMUS**, vide *Chylus*.

**CICATRISANTIA** sunt quæ exsiccando, adstringendo, contrahendo ulcera carne replent. & cicatrice obducunt. Germ. *Schließende Mittel.*

**CICATRIX**, Cicatrices sunt vestigia quædam & notæ, quæ relinquentur post gravia vulnera & ulcera, quare cutis defædatur. Aliæ sunt simplices, aliæ cum cavitate & diuinatione partis, superexcrescentis. Græcis *λεπτή, λεπτός & καρπός*. G. *Eine Narbe.*

**CILIA** ac *superelia*, propriè sunt extrema palpebrarum Corpuscula duriora, & cartilaginea, quæ Græci *μίσγεις* vocant: superelia vero dicuntur pili in frontis fine supra oculos consiti. Sunt quasi valla crinita seu aggeres oculis muniendis cum duplici pallorum iusignium serie, constituti, quibus præcavetur, ne res incongruae in oculos improviso à capite vel aliunde incident. Græcis *βλιφαῖς, μίσγεις Rufo.*

**CINERARIUM** est pars seu contignatio infima furni chimici, in qua cinis colligitur. Græce *κονίσια.*

**CINERATIO** id. incineratio.

**CINIFLONES** dicuntur pseudochimici, qui & Chimicasti audiunt. Quales sunt qui nugas loco abstrusorum arcanorum venditant, revera autem artis chimicæ sunt ignarissimi.

**CINIS** quid sit notum est. Dicitur tam de vegetabilibus crematis, quam de animalibus combustis. Constant vero cineres vegetabilium potissimum duabus partibus, salinis nempe lixiviosis seu alcalicis (quae tamen ~~est~~ eas quasdam detinent) & terreis fixis ihutibus. Apparent haec in elixivatione. Animalium autem cineres sale omni fere carent, vel paucissimo tantum gaudent.

**CION**, *Columella*, *Gargareon*, γάργαρος *Gurgulio*, οὐνα, οὐνιλα, οὐδιγένη, οὐδιγέρα; *Eoiglottis*. Plin. *sublinguum*, Isidoro pensilis de palato isthmus sive gutturis operculum dicitur. Item κούπες στεφυλοφόρες ex palato in ore penitus, juxta narium meatus, supra laryngis rimam inter amygdalas dependet, estque processus ex substantia, ut videtur glandulosa, spongiosa & rubra, quam putat *Columbus* otiri ex palati tunica, eo loci reduplicata: sed *Riolanus* à musculis ibi desinentibus. Figura est rotundè oblonga, superius crassior, & in acutum obtuse desinens. *Usus* est moderari aëris frigiditatem & impedire, ne potus ad nares ruat. Germ. *Der Zapfe*. Interdum uvula nimis propendet ab humoribus delabentibus, qui per vasa lymphica redire nequeunt, unde casus uvulae oritur.

**CIONIS** idem quod *Cion*.

**CIRCUITUS**, idem quod *Periodus*.

**CIRCULATIO** sanguinis, vide *Periodus*.

**CIRCULATIO CHYMICA** est liquoris puri, per circularem destillationem in pellicano, vel alembico cæco, agente calore, exaltatio.

**CIRCULATORIUM**, est vas vitreum, ubi infusus liquor, ascendendo & descendendo, quasi in circulo rotatur. Varia sunt hujus generis vasa, sed duo præcipue sunt majoris momenti & usus duntaxat, *pelicanus* nimirum, & *diota*.

**CIRCULATOR** idem quod *Agypta*.

**CIRCULUS**, est instrumentum rotundum vitris absindendis ex ferro factum; perfringuntur hoc modo;

*Circu-*

Circulus candefactus vitro apponitur, illudque tamdiu stringit, donec fervescat, & incalescat, cumque adhuc fervet frigida gutta immissa aut frigidus halitus affluxu dissilit, atque dirus apit. Dicitur etiam de instrumento quod vaginae uteri immittitur, ad hujus prolapsum præcavendum. De his vid. Moriceau de morb. Gravid.

### CIRCUMFORANEUS idem quod Agytta.

**CIRSOCELE**, est varicosa vasorum præparantium circa testes dilatatio, ita ut tertium testiculum quandoque mentiatur. Ex *xipos*; varix, & *κῆλη* tumor.

**CIRROS** sive *Varix* est nimia venarum dilatatio in tumorem elata, flexuosa, in una aut pluribus corporis partibus nascens, adeo ut rupturam minentur. Invenitur apud Græcos duplex nomen: alterum est frequentissimum *xipos* seu (ut est apud *Pollucem*) *κείξος* alterum vero non ita frequens *ἰξία*, quod quidem postremum usurpatum invenitur ab Hippocrate. Latinis *Varix*; ramex tamen apud *Plantum* pro varice pectoris aliquando sumitur: in Merc. I. II. *Tua causas rupiramices, jam dudum sputo sanguinem.*

**CISTERNA** notat in genere receptaculum in quo aqua colligitur. Dicitur de variis animalium partibus e. g. quarto ventriculo cerebri; in primis vero *cisterna cibyli* vocatur concursus vasorum lymphaticorum & lacteorum secundi generis circa tendines dia phragmatis, ubi ductus thoracici initium. Vocatur etiam *receptaculum thyli*.

**CITTA**, sive *Pica*, est appetitus depravatus, quo ea appetuntur, quæ ab esu humano prorsus aliena sunt, ut Calx, fistulæ tabaceæ, carbones, testæ, pahni, corria, arena, &c. Causa latet in depravato ventriculi fermento.

**CLARETUM**, est vinum aromatum infusione imprægnatum ac cum saccharo dulcoratum, dicitur alias Vinum Hippocraticum: Item Vinum Medicatum.

tum. Sic nominatur, quod per manicam Hippocratis colatur & purificatur. Germ. Klaret.

CLARIFICATIO, est modus, quo succi vel decocta crassa, clariora evadunt: Fit triplici modo, subsiden-  
tia, fermentatione, vel additione aceti, albuminis ovi,  
aut lactis.

CLAVELLATI cineres sunt sal alicali fixum ex cine-  
ribus lignorum duriorum mediante elixivatione &  
calcinatione paratum, quod pluribus in casibus Θ  
Σri substitui potest. G. Potasche.

CLAVICULÆ sunt ossicula duo thoracem clauden-  
tia, scapulamque clavis instar, cum sterno firmantia:  
sic dicuntur à clavibus ædium antiquis, *Patavii à Spigelio* visis. *Celsus* Jugula vocat à Jungendo, alii *Ligu-  
las*, *Os furcale*, *Furculam superiorem &c.* Gr. appellant  
κλεις, κλεῖς Hom. κληθέας Gail. transversim sub imo  
collo sitæ sunt, in pectoris summo, utrinque una.  
*Figuram* habet oblongi S. Latini.

CLAVUS, vide *Helos*.

CLAVVS juxta *Tornamiram* est passio in prava ca-  
pitis parte; communiter est supra oculum in super-  
cilio, & videtur ægris ac si pars capitis clavo vel te-  
rebello perforetur.

CLEIDION idem quod *Clavicula*.

CLINICUS denotat vel ægrum lecto affixum: vel  
medicum ægros decumbentes visitantem. A κλίνω  
lectus.

CLINOPALE est certamen Venereum, seu concubi-  
tus. A κλίνω & πάλη lucta.

CLISSUS vid. *Clyssus*.

CLITORIS est velut penis muliebris, titillationi in-  
serviens. Constat ut penis virilis, ex duobus corpo-  
ribus nervosis, quæ ab inferiore parte osium pubis  
extum ducunt, etiam in fine obtegitur glande & præ-  
putio: ejus substantia spongiosa est, adeo ut intendi  
& relaxari possit, non tamen ut in viris perforata est.  
Dicunt à κλειρογίᾳ lascivio.

CLONOS

**CLONOS** est concusio membrorum ob convulsio-  
nem nervosi generis graviorem, qualis in epilepticis  
fieri solet.

**CLYDON** est, fluctuatio in ventriculo. A κλύδων, abluo, lavo.

**CLYSMA** idem quod *Clyster*.

**CLYSMATICA** sc. ars notat chirurgiam infusoriam Elsholzio.

**CLYSSTUS** notat spiritum acidum compositum per iteratam detonationem in retorta tubulata paratum.

Duplex vulgo habetur Φευς & Φατος.

**CLYSTER** & *Clysterium* seu *enema* est Medicamentum internum, fluidum, quod per anum in intestina injicitur. Clysteres alii sunt molientes & laxantes, alii detergentes, alii ad alias intentiones parati. A κλύστης abluo. Græcis κλυστήρ. Germ. Ein Clistier. *Clyster* sumitur aliquando latiori nomine, pro *Metrenchyla*, *Otentchyta*, *Ritenchyla* &c. Quæ suis vocabulis suo loco reperiuntur.

**CNEME** vid. *Tibia*.

**CNISMUS** idem quod *Pruritus*.

**COAGULUM** proprie notat lac concretum in ventriculis animalium adhuc lactentium. Hinc coagulum pulli cervini, leporis &c, sæpius occurunt in medicina, & in variis commendantur morbis. Deinde dicitur de aliarum rerum concretione quæ antea fluiditate gaudebant, ut coagulum lactis ex quo parentur casei; sanguinis, affusione acidi; coagulum Mercurii, i. e. Mercurius coagulatus. A coagulo v. est.

**COAGULATIO**, quæ notat congregationem, combinationem, concretionem partium antea fluidarum vel in fluido natantium, ut coagulatio sanguinis; laetis per acidum; mercurii. Dicitur etiam de concretione lapidum ex salinis & terreis & aqueis particulis invitante quiete.

**COCCYX** constituitur ex tribus ossiculis, rarius quatuor,

tuor, quæ offi sacro subsunt, hæc faciliori sessioni inserviunt. Dicitur & *orropygium*. *Sacra spina*, Isidoro. *κόκκυς*, ορροπύγιον, αποδύλιον. Germ. Das Steife Bein.

**COCHLEA**, est auris internæ cavitas, ob flexuosam circumgyrationem sic dicta, habet enim gyros tres vel quatuor se mutuo excipientes tenuissima ac molliissima membrana succingitur. *κόχχη* Rufo. *εἰσερός* Poll.

**COCTIO** est minimarum particularum fermentatio, ex quibus alimenta constant, ut ea temperiem & conformatiōnem, corpori vivo idoneam, acquirant. *Prima coctio* fit in ventriculo, à fermento, partim ibidem à reliquis ciborum remanente, partim ab arteriis cœliacis in ventriculum effluente. *Seconda* fit in intestinis à bile & succo pancreatico. *Tertia* in glandulis mesentericis, à lympha cum chylo sese miscente. *Quarta* in pulmonibus, à nitro aereo inspirato. *Quinta* in vasis & visceribus, pūta liene, Hepate, testibus virilibus &c. Malè coctionis nomine indigitatur, quia coquere igni proprium est. Si enim calor esset fermentationis causa, quid tunc dicendum de piscibus, aliisque, in quibus calor sensibilis nullus inest.

**CODIA** sunt capita papaveris, ex quibus sirupus conficitur. Germ. Moon-Haupter.

**COECUM** dicitur in Medicina quod exitum non habet, ut cæci ductus, meatus, alembicus cœcus.

**COECUM INTESTINUM** est in ordine à ventriculo quartum, & crassorum intestinorum primum, variæ in variis animalibus magnitudinis, & varii exinde usus. Glandulis gaudet copiosis tam lenticularibus quam aliis, quales in intestinalium tenuibus plexibus & fine ilei observantur. Græcis *πφλος*.

**COELIA** est cavitas magna, ut venter infimus, medius & supremus. A *κοιλη*, cavus, *κοιλία μεγάλη* venter magnus dicitur in ruminantibus ventriculus primus.

**COELIACA ARTERIA**, est quæ à trunco arteriæ magnæ

magnæ oritur, ventriculo, & hepati suis ramificationibus prospicit.

**COELIACA PASSIO**, sive affectio, est alvi fluxus, in quo cibus vel in totum, vel ex parte mutatus, absque chylificatione, per anum ejicitur. Estque duplex: *prima*, in qua cibus in ventriculo solummodo coquitur: *altera*, quando in ventriculo, & intestinis coctio seu fermentatio simul peragitur, verum propter obliterationem papillarum intestinalium vel vasorum lacteorum, ex longa nempe inedia vel dysenteria purulenta &c. non distribuitur. A *sesamis* ventre, alvus.

**COELOMA**, est ulcus cavum & rotundum, in cornicis oculi tunica. A *κελομα* cavum.

**COELUM** est cavitas oculi versus canthum. *Celi* *εγωναι*, sunt aeris constitutiones. Cælum etiam dicitur Palatum.

**COHOBATIO** est, quando liquor destillatus, menstruo suo reaffunditur, deinceps distillationi exponiatur.

**COINDICANTIA** sunt signa, quæ non per se, sed per aliud indicant.

**COLATURA**, est id quod post coctionem aut infusioneim, per cribrum, aut paunum trajicitur. Colatio est ipse actus colandi.

**COLCOTHAR** est remanentia siccæ post distillationem, vulgo caput mortuum; & propriè intelligitur de vitriolo.

**COLES** vide *Penis*.

**COLICA PASSIO**, est vehemens abdominis dolor, à prava spirituum animalium diathesi, in intestino colo, à flatibus, vel ab acribus humoribus in mesenterii plexibus nervosis excitatus, qui intestino colo male imputatur. Alii ex succo pancreatico acido, alii alio modo, sed false, passionem hanc deducunt. A *κολη* intestinum crassum secundum, Colon dictum, sed rebus à *στοιχαι* alvus, quia non semper in colo, ut vulgo pu-

gò putant, verum maxima ex parte in media alvo seu mesenterio contingit, unde coeliaca passio potius appellari possit, quidam δάρμος κολαγέσιος à torquendo, quod in eo fiebant tormina colica. Germ. Die Colica / Darm-Gicht.

**COLLA**, est GLUTEN. Germ. Leint. Graece ρύζιον.

**COLLETICA** sunt medicamenta conglutinantia, ut *Sarcotica*. A κολλήσιον glutino.

**COLLICIAE** sunt lacrymalium punctorum in unum ductum in utroque latere concursus, humorem palpebrarum in narium cava derivantes. In homine ipsis ciliorum apicibus insculpta foramina breves demittunt canaliculos; demonstratu difficileis, nisi cautè diffractis narium ossibus, tunicae relinquuntur integræ; mox enim ubi ossa penetraverint (quo usque tenui separantur membrana) in sinum ampliati narium continuantur tunicae. In ove, lepore, vitulo, cuticulo, non in ipsis ciliis, sed interius paulo eadem periuntur ostia, quæ profundius in avibus quærenda, ubi quam ullo alio genere longè majora, receptum majorem stylum per palati rimam emittunt; brevis hic admodum, quæ foramina distinguit, membrana.

**COLLIQUAMENTUM** candidum Harveo vocatur humor iste qui elapsis aliquot à coitu fœcundo diebus in uterus stillat & incrementum conceptui præbet. Est verò fortasse nihil aliud, quam ovulum ipsum magnitudine sua actum, in uterus provolutum.

**COLLIQUATIO** dicitur de humoribus vitalibus quando ipsorum, in primis seri nutritii glutinositas resolvitur ac destruitur. Deinde etiam de nutrimento corporis actu jam agglutinato dicitur, quando ipsum quavis de causa iterum resolvitur, habitusque corporis imminuitur. Hinc sudores colliquativi qui corpus maxime emaciant, quales in scorbuticis & hectica laborantibus observantur.

**COLLUM** vide Cervix.

**COLLUTIO**, est oris ablutio, qua dentes vacillantes,

tes, vel qua gingivas & ulcera detergemus. Germ. Ein Mund-Wasser/ Gurgel-Wasser.

COLLYRIUM notat hodie medicamentum topicum oculis eorumque morbis variis dicatum, tam in forma sicca, ut pulvere qui inflantur, quam mediâ ut ungventa, linimenta & humidâ ut aquæ, liquores ophthalmici. A κωλύω inhibeo, & πός fluxio, qui fluxiones oculorum inhibet.

COLOBOMA est vitium labiorum, palpebrarum, aurium, vel narium &c. quo partes partibus vel à nativitate, vel casu quodam accrescent, quæ tamen ante vel solutæ fuerant, vel solutæ esse debuerant. De oculis in specie dicitur, à κωλάω, amputo vel κολύω agglutino.

COLON, est crassorum intestinorum secundum; ejus situs sic se habet, in dextro illo à cæco intestino oritur & reni dextro adhæret; deinde sursum reflextur sub hepate, ubi folliculo fellis nonnunquam annexitur, à quo luteo colore inficitur: ulterius pergit transversim sub fundo ventriculi, & à finistris lieni jungitur, deinde teni sinistro alligatur ubi gyros habet admodum obliquos, & inde in rectum rectâ definit. *Longum* est communiter palmas octo vel novem, latissimum, verò & amplissimum omnium. *Celulas* habet multas. Ligamentum quoddam, medii dìgiti latitudine per ejus medium parte supernâ intexitur, deinde ob amplitudinem duo ligamenta fortia habet, unum sursum alterum vero deorsum, ut superenis & infernis partibus alligetur. Circa initium habet valvulam, ne sc. ex crassioribus intestinis in tenuia aliquid remeet. Græcis κάλος, οὐ καλία Rivo, Pol. στειρεῖ Hom. A κωλύσεσ τorquendo; quod in eo fiebant termina colica. Vel à καιλότης cavitas apud Athen.

COLOSTRUM denotat 1. Lac primum seorsum post partum. 2. Denotat emulsionem terebinthinatam ex terebithina cypria cum vitello ovorum trita paratam.

**COLUM** vocatur pannus vel alia materia per quam colatio instituitur, seu per quam liquor trahicitur pro depuratione. *Colum intestinorum* vocatur tunica glandulosa interiorem ipsorum superficiem investiens.

**COLPUS**, idem quod *finus*.

**COLUMELLA**, idem quod *cion*.

**COLUMNNA NASI**, est nasi pars carnosa in medio prominens, labio superiori vicina.

**COLUMNNA ORIS**, idem quod *cion*.

**COMA SOMNOLENTEUM** est sopor p. n lethargo minor, sine febre, in quo æger excitatus ad interrogata respondet, & statim in profundum somnum relabitur, ore biante & maxillâ inferiori demissâ, mortuis similior quam vivis decumbit. *Causa* est obstrucțio cerebri, cum nempe ferocia illuvies anfractuum sive gyrorum cortices, una cum minoribus medullæ inclusæ rivulis invaserit. Idem est quod *Cataphora*. Ab inusitato verbo κῶν id est cubo pro κῆμας jacio. Germ. *Schlaff-Sucht*.

**COMA VIGIL** est morbus, in quo ægri continuè ad somnum proclives sunt, attamen vix dormire possunt, cum iminani capit is gravedine, sensuum & facultatum omnium torpore, quibus non raro delirium accedit. Horum *ratio* si inquiritur, dicendum videtur, quod pori & meatus in cerebro, qui spiritum ambulacra sunt, à materiâ crassiori & soporiferâ, è cruoris massa suffusa, plurimum occupantur, qua spiritibus à solita explosione, & mutuo commercio plurimum inhibitisi, sopor jam jam gravis, & inexpugnabilis imminere videtur; at vero in quantum spiritibus istis particulæ quædam acres, & summè agiles, velut totidem aculei adhærent, quibus perpetui in motus incitantur, ideo illorum aliqui vias uteunque præclusas, & impervias perrumpunt, & recte vel oblique, quatenus datur via, occursant; atque talis eorundem motus, utpote confusus, & propter impedimenta divaricatus, licet functionis animalis exercitium

tinum completum instituere nequeat, tamen istius re-quietum & cessationem facile interpellat; adeo ut hoc morbo affectis neque perfecta nox instet, neque dies perfectus affulgeat; sed tantum, medio inter somnum & vigiliam crepusculo fruuntur. G. Eine wachende Schlaff-Sucht.

**COMEDONES** denotant morbum infantum, & puerorum ubi hi contabescunt paulatim, insomnes redundunt & inquieti, & insignem simul pruritum corporis pati videntur. Quodsi in balneo rite tractentur corpuscula pilorum crassiorum instar densa & spissa è poris prominent, quibus una vel altera vice ablatis melius habent infantes. Corpuscula ista per microscopium examinata apparuerunt revera animalcula viva esse, coloris subcinericei & plus minus nigricantis, cornubus, seu potius antennis binis longe prominentibus instructi, oculis rotundis grandiusculis cum cauda oblonga & in fine villosa.

**COMMISURA** idem quod junctura.

**COMPASSIO** vid. Consensus.

**COMPRESSIO** Græce *στρίψις* est species angustionis meatuum & cavitatum in corpore orta ab externa re violenter comprimente.

**COMITALIS MORBUS**, Idem quod *Epilepsia*.

**COMPOSITA**, sunt Medicamenta, quæ ex variis simplicibus medicamentis parantur; ut sunt aquæ quædam, Siripi, electuaria, opiate, trocisci, unguenta, emplastra, &c.

**CONARIUM** sive *glandula pinealis*, in cerebri plexu choroidis pendet, à coni seu turbinis forma sic dicta. Collocatur intra thalamos nervorum opticorum & narium prominentias. Hanc animæ sedem esse, aut principes facultates ab eadem oriunt, vix credimus, quoniam animalia quæ imaginatione, memoria, aliisque superioribus animæ potentis ferè in totum destituti videntur, hanc glandulam satis amplam atque angustum habent. Senforiam itaque constitui debet;

ubi & nervi oriundi sunt, nempe circa medullæ, oblongatae initium. *Usus* est humores serosos à sanguine arterioso depositos, excipere, & in se retinere; donec aut venæ depletiores factæ, eosdem resorbeant, aut lymphæductus (si qui adfuerint) eos extra conveyant. Doctiss. F. Bayle de usu tamen ejus dubitat, cum dicit, quis sit verus illius glandulæ usus, non est ita facile statutum, cum in variis cerebris hominum, boum, ovium, semper deprehenderim glandulam illam manifesta falsedine atque satis acri esse imbutam, suspicor in ea salem aliquem volatilem à sanguine separari, sibi volatili ammoniaco analogum, qui in caudicem medullæ spinalis diffusus vigorem addit spiritibus animalibus & eorum coagulationem impedit. A *zoo* meta, turbo.

**CONCEPTIO** est semenis masculini & foemini conjunctio ad productionem novi foetus; Vel est imprægnatio ovuli foemini in ovario hærentis ab aura subtili semenis masculini eo delata. Hanc imprægnationem sequitur statim foetus novi delineatio, & ordinatio partium omnium, quæ in ovulo antea dispersæ latuerant. Germ. Die Empfängniß.

**CONCEPTUS** est ovulum ex ovario per tubas devolutum, in quo foetus delineatus & formatus hæret, quique in utero foveatur & nutritur ad sufficiens robur debitamque magnitudinem.

**CONCHA**, est cavitas anfractuosa aurium interna. *zoo* *Rufa*. *ασπρος* *Poll.* idem quod *Coclea*.

**CONCOCTIO** vid. *Coctio*.

**CONDENSANTIA**, vide *incrassantia*.

**CONDIRE** in pharmaceuticis notat rem per affusionem sacchari syrupsati à corruptione præservare.

**CONDITUM** est compositio, è conservis, pulvribus, speciebus aromaticis cum syrupo convenienti in electuarii formam redactis. Sumitur etiam pro medicamento simplici, saccharo vel melle condito; ut

Zingi-

Zingiber, Helenium &c. conditum. Germ. Einges machte Sachen.

**CONDYLOMA** est carnis excrementia callosa in digitis manuum ac pedum, præsertim vero circa anum & pudenda muliebria. Sæpius supponit malignitatem venereum. A κοίδυλος digitus articulus.

**CONDYLI**, sunt articuli seu nodi & digitorum tuberculæ, quæ circa articulationem crassiora sunt.

**CONFECTA**, vocantur res (ut semina, amygdalæ, nuces pini, cinamomum, &c.) saccharo sicco obductæ, & incrustedæ. Germ. Überzogene Sachen.

**CONFECTIO** est compositio ex pulveribus, gummis, saccharo, melle, syrups &c. in unam massam conjuncta: estque duplex; arida ut trochisci, tabellæ: vel humida, ut opiate, condita, conservæ, & omnis generis antidota.

**CONFORMATIO** est pars essentialis sanitatis & p. n. morborum; ideoque apta vel prava, consistit in hisce sex, numero, magnitudine, figura, cavitate, superficie & situ.

**CONFORTANS** est medicamentum vires reficiens, quod potissimum consistit in particulis volatilibus spiritus vitales augentibus.

**CONGIUS**, sive *Cba*, est mensura sextariorum sex.

**CONISTERIUM** vid. Cinerarium.

**CONJUGATIO** dicitur potissimum de partibus quæ duplicita sunt in corpore nostro, in primis vero de partibus nervorum utrinque ex cerebro orientibus.

**CONJUNCTIVA TUNICA**, idem quod *Adnata*.

**CONOIDES**, idem quod *Conarium*.

**CONTRAFISSURA** est fractura crani quæ in opposita parte accidit, ejus nempe loci ubi cranium percutitur.

**CONSENSUS** est communicatio affectionum in primis morborum quam certa membra inter se habent, ita, ut uno affecto, afficiatur etiam alterum e. g. affecto ventriculo laeditur caput. Contingit vero con-

sensus hic per nervos & spiritus animales in iis habitantes, qui si vitiose moveantur in una parte, vitiantur etiam motus in altera, quæ ab eodem rame nervos obtinet. Item, est *correspondentia* variarum partium per connexiones communes, nervorum sc. & tendinum.

**CONSERVA** est compositio, ex floribus, vel herbis tuis, quorum sicciorum singulis libris adduntur, saechari librae tres. *Humidiorum* verò singulis libris, saechari librae duæ, ut per unum vel plures annos conservari possint. Germ. *Conserv.*

**CONSISTENTIA** dicitur de constitutione humorum tam in corpore humano, quam pharmacia ratione crassitatis & tenuitatis seu densitatis & raritatis.

**CONSOLIDANTIA** sunt, quæ moderato calore & vi deteratoria, sordes è vulneribus tollendo, partiumque temperiem conservando, efficiunt, ut alimentum in partem solutam commode impellatur. Germ. *Heiß lende Mittel.*

**CONSTIPATIO** idem est quod adstrictio.

**CONTAGIUM** est venenum quod ab uno subjecto propagatur in aliud: hoc dupliciter contingit, ad distans per aerem, vel simplici contractu, corporis vel vestimentorum.

**CONTEMPLABILES DIES**, vide *Critici dies.*

**CONTINENS CAUSA**, est causa morbi interna, cum materiâ aliunde orta, quæ ita morbo proximè adhæret, ut eâ positâ moribus ponatur, sublatâ tollatur: ut calculus qui ex cacochymia, ab intemperie cibi & potus ortâ, natus, preterem obstruit.

**CONTINENS FEBRIS** est, quæ sine intermissionis aut remissionis tempore assidue affigit. Estque duplex: primaria, aut secundaria. *Primaria* oritur ab elemento sulphureo nimis erecto & exaltato, ut in causo, pleuritide, angina &c. *Secundaria* verò seu *Sympomatica*, producitur ex vulneribus, ulceribus, &c. ut in phthisi, vulneribus capitis, &c.

CONTI-

CONTINUA FEBRIS est, quæ continuo quidem affigit, sed cum remissionis & exacerbationis tempore: Estque *Quotidiana*, *Tertiana*, *Quartana*, & *Erratica*. Continuitatis *causa* est, à sulphure nimis in sanguine evecto, ut in continentibus febribus: Verum hujus paroxismi oriuntur, quod chyli portio æqualis continuò sanguini suffunditur ut in intermittentibus.

CONTRAINDICATIO est, quæ impedit quod à primo indicante suggeritur, & ea vel contraindicans vel correpuñans dici solet: *Contraindicans* autem est quod per se impedit; *Correpuñans* verò quod secundario vel quod cum aliis repugnat.

CONTUSIO OSSIS est, cum instrumento quodam duro & obtuso os ita læditur, ut externè integrum videatur, cum tamen versus interiora à toto separatum sit. Græcis οξείας & οξείαμα.

CONVULSIO, est motus p. n. quo nervi, aut membranæ præter voluntatem contrahuntur & remittuntur. Convulsiones sunt variæ ut Epilepsia, spasmus, tetanus &c. de quibus suo loco.

CONVULSIVI motus sunt convulsiones minores, quæ cītra κλοῖα contingunt in membranis & nervis.

COPHOSIS, est aurium surdiditas. A κοφία surdus sum. Gerim. Laubheit.

COPOS est corporis laxitudo, quando musculi vel potius eorum fibræ humoribus viscidis aggravantur & obstruuntur, ita ut motibus obeundis inepti & piger evadant. A κόπητα lassō.

COPROCITICA, vide Ecœoprica,

COR est substantia carnosa & fibrosa, ex variis muscleis & tendinibus conflata; habet duas auriculas totidemque ventriculos; dextræ auticulæ vena cava, sinistræ vena pulmonaris adhæret. Dextro ventrículo arteria pulmonaris, sinistro verò arteria magna connectitur. Investitur sacculo membranaceo *pericardium* dicto, quo mediastino & diaphragmati conjungitur; Superius basin, inferius cuspidem habet s. conum,

conum, collocatur in medio thoracis intra pulmonis labos. Sangvini recipiendo circumpellendo tantummodo inservit. Licet alii in ventriculis, flammulam, alii in iis fermentum nescio quod constituant, omnia tamen sunt figmenta, & nulli rationi congrua, quam ~~in~~ in tractatu nostro de circulatione sanguinis satis evidenter expugnavimus. *Cor* significat etiam medullam vegetabilium. Græcis καρδία & καρδικός Germ. Das Herz.

**CORAGOHTOIDES** sunt musculi à scapulæ processu coracoide orti, qui ad os hyoides procedunt; usum oblique deorsum movere. Ex κοράξ corvus, & υοειδές hyoides os.

**CORACOIDES** est rostriformis scapulæ' processus: vide *Ancyroides*. A κοράξ corvus, & ἄνθρωπος forma.

**CORDIALIA** vid. Cardiaca.

**CORNEA** oculi *tunica*, quæ etiam *Solerotes* & *dura* vocatur, à dura meninge originem habet; anterius, ut species visibles transmittat, pellucida est; à lateribus tunica albaginea odducitur; interius humorem aquatum continet.

**CORNICULARIS PROCESSUS**, vide *Ancyroides*.

**CORNUA UTERI**, sunt duæ uteri partes laterales in brutis, ut vaccis, cervis, ovibus, capris, &c. Cornua tamen ex horum imitatione tribuerunt etiam humano utero Autores; quia ad fundi latera, aliqua utrinque est protuberantia, ubi vasa deferentia inseruntur. Rarisime muliebris uterus bipartitus, sicut in brutis.

**CORONALIS SUTURA**, Græcis στοφαιτική & στοφαινή, est fissura, quæ pectinatim, dentatae serræ instar; coit; estque in superiore parte cranii ab uno tempore ad aliud, & circumscribitur osibus frontis & bregmatis, in cuius medio sagittalis sutura terminatur.

**CORONARIA VASA**, sunt venæ & arteriæ cor, nutritionis gratia, cingentes.

CORONE

CORONE est processus ossis acutus inferioris maxillæ, à similitudine rostri cornicis, rostriformis dictus.

CORPULENTIA est obesitas.

CORPUS CALLOSUM, est medulloſa cerebri pars, ex cuius complicatione ventriculi cerebri anteriores, constituuntur. Estque tota medulloſa, nulla membrana obtensa, medullæ oblongatæ apicibus utrobi-que affigitur: ab istis apicibus tanquam ortu suo, medullaris hæc substantia cerebrum obducens & conca-merans versus posteriora expanditur, ac sensim minu-ritur; demum hujus expansi limbus exterior arctius contrahitur, ac inferius, medullæ oblongatæ caudici, membranarum & vasorum nexu conjungitur. Porro firmioris connexionis gratia, ab anteriore ipsius parte, juxta ipsius apices, processus medullatis exoritur, qui cerebri fissuram subtendens, ad limbos ejus per-tingit; quibus velut brachiis utrinque reflexis uni-tur: quæ quidem brachia medullæ oblongatae caudi-cem amplectuntur, adeoque istum cerebri limbum si-bi firmius annectunt.

CORPUS CLANDULOSUM, idem quod proflata.

CORPUS VARICOSUM, vide *Varicosum corpus*.

CORPUS PAMPINIFORME, vide *Varicosum corpus*.

CORPUS PYRAMIDALE, vide *Varicosum corpus*.

CORRIGENTIA sunt medicamenta, quæ in compo-ſitione alijs adduntur, ut vim eorum noxiā, vel qualitatē ingratiōrem tollant aut mitigate. Sic e. g. opii corrīgens est castoreum; purgantium acriorū

Θ. Φ.

CORROBORANS vid. Confortans.

CORROSIO chymica, est corporis misti, per res cor-rosivas, calcinatio.

CORROSIVUM est medicamentum corrodendi vim habens, ut Ruptorium, Calx, aqua fortis, &c. vulgo Corrosiv, ätzende / beißende Mittel.

CORRODENTIA sunt quæ acutis suis particulis carnem excrescentem exedunt, & consumunt.

CORTICALIS SUBSTANTIA CEREBRI, est substantia ejus exterior plurimis Labyrinthis & mæandris exterioris dotata; tenui meninge obducitur. Colore gryseo est, & vasculis minimis plena: ab interiori cerebri parte medullarem substantiam sibi vicinam habet. Ufus est spiritus animales generare & è massa sanguinosa excipere, ex qua per medullarem substantiam ad nervos distribuantur & per universum corpus deferuntur. Secundo, memoriae & somni sedes ibi collocatur.

CORYPHE est vertex capitis; item digitorum extremitas interior juxta ungues. à κορυφή in verticem attollo.

CORYZA sive grædo est humoris acris, falsi & incrassati in os, pulmones & nares à cerebri ventriculis per nervos odoratorios defluxus, qui dum incrassatur, per renes colari, & à glandulâ pituitariâ per infundibulum effundi in venas nequit, in nares per prædictos nervos effunditur, cui si accedat sulphurearum particularum incensio, oritur febris & per consequens fitis. Hinc Cozyza, quæ est vel sine vel cum febre, à κορυζά gravedine labore. Germ. Der Schnuppen.

COSMETICA sunt medicamenta cutim dealbantia, & mollientia, ut oleum tartari lac virginis, dissolutio ex mercurio sublimato, sulphure, camphora, &c. à κοσμία orno. Germ. Schmincke.

COSTÆ, Græcis πλευραὶ απόθη. Gerin. Rippen. Sunt illa ossa, quæ una cum aliis partibus thoracem constituunt: posterius connexionem cum vertebris dorsi, anterius verò cum sterni cartilaginibus habent: numero in quolibet latere duodecim sunt: septem superiores verae, quinque inferiores spuriæ dicuntur. Item ῥιγοὶ πλευραὶ μαλικαι πλευραι, χονδρῶδες ἄκαρδαι. Costarum pars latior palmula dicitur, πλάτη Poll. angustior, quæ spinæ vertebrales attingit, Remulus καυτ-  
or Pol-

*Polluci.* μεσωπλάτερα costarum spatia intermedia dicuntur. Germ. Die kurzen Rippen.

COTYLA ATTICA pendet unicas novem, ut Hemina Italica. *Cotyla Italica* verò est libra mensuralis unciarum XII.

COTYLE est acerabulum seu cavitas ossis coxendicis, quæ caput femoris ossis excipit. Græcis κοτύλη, γλεῦτος Theor. Interp. Germ. Die Pfanne.

COTYLEDON, idem quod *Cotyla*.

COTYLEDONES seu acetabula uterina vel ατλεκτάμη κρασίαι. Sunt glandulæ per extēnam fætus membranam seu chorion dispersæ quæ succum nutritium fætui alendo ex utero segregant: sed hoc locum tantum habet in quibusdam animalibus: in mulieribus verò placenta uterina earum vicem gerit. Item venarum uteri hiantium oscula, quæ acetabulorum & cotyledonum nomine veniunt. A foliorum Cotyledonis herbae similitudine nomen fortiuntur.

COXE OS, Celso, aliis *Innominatum* & *Ilium Coxendix* *Varroni* ιγλος, κόχανος Hesych dicitur, eo quod ileum intestinum continet, lateribus ossis sacri annexum est; in infantibus ex osibus tribus constat; Ilio, nempe Ischio, & osse pubis, per cartilagines invicem conjunguntur usque ad septimum annum, tum tripli linea distinctum appetat: quod adultis in unum coalescit. Germ. Die Hüfsten.

COXENDIX, idem quod *Coxa & Ischium*.

CRAMA, *Croma*, & *Chrama*, est mixtio cujuscunque rei, sive Medicamenti, sive Elementorum. A σεργίου misceo.

CRAMPUS, item *Cramps*, est idem quod spasmus flatulentus. Germ. Der Kranzpf.

CRANIUM, est compages ossium capitis, ad quod pertinent ossa frontis, sincipitis, occipitis, temporum, sphenoidis, & cribiforme; sese habet velut *ρέγος* Gallea, quia cerebrum ab externis injuriis defendit, superior ejus pars ex diplomate, sive dupli tabulâ constat.

constat. Ab aliis Calva & Calvaria appellatur. Vide *Calva*. forte à *xīgu* tondeo. Germ. *Der Schedel / der Haupt-Schedel.*

**CRAPULA**, est capitis dolor, ex nimio vini usu contractus. *Crapulæ Medicina* hæc est:

*Si nocturna tibi noceat potatio vini.*

*Hoc tu Mane bibas iterum, & fuerit Medicina.*  
*ex nāg caput, & nāg vibro.*

**CRASIS**, sive *temperamentum* est mixtio ex convenienti qualitatum constitutione. *Temperamentum* est simplex vel compositum; *Simplex* est cum una tantum qualitas excedit, ut calidum, frigidum, humidum, siccum, salsum, acre &c. *Compositum* est cum plures qualitates eminent, ut calidum & siccum, calidum & amarum, salsum & acre, acidum & frigidum; acidum cum acrimonia &c. Item aliud est *infusum*, quod partibus inhæret; aliud *influent* quod à spiritibus & sangvine in partes influit: estque *moderata* vel *immoderata*: *totalis* vel *partialis*: *nativa* vel *adscititia*: *permanens* vel *fugiens*, ad *pondus* vel ad *justitiam*. Et sic finguntur plurimæ differentiæ, quæ vix ullius momenti sunt. A *medicinali* misceo.

**CRATICULA**, est instrumentum Chemicum ex bacillis ferreis quadratis digitalis crastitudinis, juxta se in acutum ita positis, ut semidigitale spatum inter illos intersit, factum focus conficiendis, carbonibus sustentandis inserviens. Germ. *Der Rost.*

**CREMASTERES**, sunt musculi duo testium suspensoriæ dicti: membranæ vaginali externe adnascuntur, qui in hominibus ortum habent à ligamento quod in osse pubis est; atque inferiori testium parti validè adnectuntur. A *reptiliis* suspendo.

**CRIBROSUM OS**, vide *Etmoides*.

**CRIBRUM BENEDICTUM ANTIQUORUM**, veteres in renibus duas cavitates finixerunt secundum longitudinem sitas: unam supremam, in quam sanguis serosus ex emulgentibus effundebatur: alteram infimam,

mam, transversa quædam membrana distinguere putabatur instar cribri angustissimis foraminibus pervia: unde colatorium vocarunt, & benedictum cibrum, per quod voluere percolari serum in ureteres, sanguinem verò probum remanere pro nutritione renum.

**CRICO ARYTÆNOIDES** sunt musculi à cartilagine cricoide sive annuliformi profecti, qui arytaenoidi inseruntur, quam, dum retrorsum atque exterius abducit, rimam quoque laryngis dilatat. Ex *zēnō*-annulus, *āgutō* vel *āgutō* apud Hesych. hastrum va- sis genus apud Lucret. lib. 5. *āsīya* aperio, & *ādō* forma.

**CRICOIDES**, est laryngis cartilago annuliformis. Ex *zēnō* annulus, & *ādō* forma.

**CRICOTHYROIDES**, est par muscularum ab annulari cartilagine ortum & in scutiformem terminatum, nonnihil obliquè movendo, rimulam dilatat. Ex *zēnō*-annulus, *āgutō* scutum, & *ādō* forma.

**CRIMNOIDES** seu *Crimnodes*, est urina, cui crassa & farinaces sedimenta insunt. A *zēnō* farina, & *ādō* forma.

**CRINONES** vide Comedones.

**CRISIMA** sunt signa decernentia & judicantia. A *zēnō* judico.

**CRISIS** est subita & repentina mutatio in morbo, ad salutem vel ad mortem contingens. Aliquando significat humorum secretionem. Sed magis frequens & usitata est illitus acceptio pro judicio super morbum habito. Crisis alia est *perfecta*, alia *imperfecta*. *Perfecta* est, quæ ægrum perfectè & integrè à morbo liberat: estque vel *salutaris*, vel *lethalis*. 1. Ut sit optimis signis judicata. 2. Manifesta. 3. Ut die critica contingat. 4. Fida. 5. Secura. 6. Conveniens morbo & ægrotantis naturæ. Crisis *imperfecta* est, in qua morbus perfectè non judicatur, sed tantum secundum partem, & alteri crisi futuræ locum post se relinquit: Eaque duplex est, *altera ad melius*: *altera verò ad derius*.

*terius.* Ad melius ea est, quæ non omnino tollit morbum, sed facit ut eum æger alactius ferat. Ad *deterius* est, quæ morbum reddit vehementiorem, & periculofiorem, Crisis à Lunæ & siderum motu & influentiis dependere, eorumque aspectus quadratos, oppositos, aut *ovijas* sequi, verum non est: à materiae utique ad istæ congestione & turgescentia evacuaciones criticæ duntaxat determinantur; ita pro vario ægrotantium temperamento materia turgescens vel serius, vel oxyus expellitur, unde dierum criticorum varietas dependet. A *rei* judico, secerno.

**CRISTÆ** sunt carnis excrescentiæ circa anum pululantes ex præpostera Venere ortæ, ad quatum radices plerumque scissuræ seu thagades adfunt.

**CRISTA GALLI** est pars tertia ossis ethmoidis sive processus interior gallorum cristæ haud absimilis, inter olfactarios nervos, sive processus cerebri papillares assurgens: Cui infigitur extremitas sinus tertii duræ meningis.

**CRITERIUM**, idem quod *Crisis*.

**CRITHE** sive *Hordeolum* est tuberculum parvum, oblongum, palpebræ cilio qua pili sunt, aenascens, & sic ab hordei similitudine, dictum. Germ. Ein Gerstenkorn im Auge. Item pudendum virile.

**CRITICI DIES** sunt, in quibus subita morbi conversio fit. Eorum tres sunt *differentia*: alii *vere* & *perfette critici* dicuntur, alii *indices*, alii *intercedentes*, *Perfectæ critici*, principes aut radicales appellantur, quoniam, quæ his diebus contingunt crises, omnes perfectæ criticos notas habent: ejusmodi sunt septenarii tres, nimirum septimus, decimus quartus, & vigesimus. *Indices*, qui contemplabiles, & internunciis nominantur, sunt, qui crisi septenario die futuram indicant: suntque numero tres: quartus, undecimus, decimus septimus. *Intercedentes*, qui & intercalares, seu irrepentes, vel provocatorii nominantur, sunt qui inter principes, & indices intercidunt, crisesque imperfe-

perfectas moliuntur, suntque tertius, quintus, nonus, decimustertius, & decimus nonus. Reliqui vero dies, quili neque principes sunt, neque indices, neque intercedentes, *Bacui* & *Medicinales* appellantur: suntque sextus, octavus, decimus, duodecimus, decimus sextus & decimus octavus. Dierum criticorum computatio instituenda est ab ea hora in qua æger percipit manifestam actionum suarum laesionem. Hoc obiter notandum quod dierum criticorum supputationes, in hisce regionibus calculis Hippocraticis non exactè respondeant. Illi dies omnes dependent à materiae morbificæ citiori vel tardiori fermentatione & maturatione. A *κρίσις*.

**CRITICA SIGNA** sunt, quæ ex crisi, vel ad salutem vel ad mortem, desumuntur, suntque alia *antecedentia* quæ vel tempus crisium prænunciant, vel speciem criseos significant; alia *concomitantia*, quæ cum ipsa specie criseos simul apparent; alia denique *subsequentia* nominantur, quæ ostendunt an sanitas imperfecta sit expectanda, vel an metus sit recidivæ.

**CROCUS** denotat primo florem flavum satis notum. Deinde in Chimicis pulverem coloris brunni ex mineralibus, maxime antimonio & marte beneficio calcinationis siccæ vel humidæ paratum. Hinc crocus metallorum, martis &c.

**CROTAPHI** i. e. tempora, ossa nempe cranii trilatera utrinque ad aures sita.

**CROTAPHITES** dicuntur musculi, venæ, & arteriæ temporales. *κροτάφεις* tempus. Fortè à *κροτία* verbo, pulso, quia arteriæ in eodem loco continuo pulsant: quandoque etiam *Crotaphium* pro dolore capitatis sumitur.

**CROTAPHIUM**, vide in *Crotaphites*.

**CRUCIBULUM**, est vas fusorum ex terra igne contumacissimo factum, acutiore basi, & fere in ampliorem capacitatem forma triangulari vel rotunda desinentem, ad fundenda & eliquanda mineralia & metallæ

talla formatum. Fit etiam crucibuli species, quæ vulgo testa appellatur, fundendis metallis adæquatum. Gerin. Ein Schmelz-Eiegel.

CRUDITAS MORBORUM dicitur cum sangvis (ut in febris continuis) fermentando & effervescendo neandum maturuit & ad statum pervenit.

CRUDITAS VENTRICULI est, digestionis ciborum laesio. Duplex est *acida* & *nidorosa*. Utraque ex ruboribus potissimum dignoscitur qui in acida acidii sunt: in nidorosa vero ovum foetidum referunt.

CRUOR, Græcis αἷμα ixœ vide *Sangvis Helmontius* Sangvinem à Cruore distinguit: Sangvinem contineri dicit in arteriis; Cruorem vero in venis. Cruor à currendo, vel à corde dicitur, currit enim per venas ad cor. Hic illud Oweni Epigramma convenit:

*Sum crudus, socror inde cruor: per corpora curro.*

*Volbor ē in venas. Sangvis ut anguis eo.*

Rectius ita distinguitur, quod sangvis dicatur, quamdiu in vasis legitime movetur; Cruor vero, quando extravasatus est & coagulatur.

CRUS, sive magnus pes, dicitur totum id quod est à natibus ad digitorum pedis extremitates. Dividitur in femur, tibiam, & parvum pedem. Græcis ὥστης. Germ. Der Schenkel.

CRUSTA notat Medicis idem saepe quod eschara, quæ ulceribus velut septum adnascitur.

CRUSTA LACTEA, est species Achoris, hac tamen distinctione, quod Achor tantum caput; verum Crusta lactea obtingit infantibus in lactationis principio, atque non solum faciem occupat, sed universam fere corporis cutim inquinat. Crusta lactea albicat, Achores vero alium colorem obtinent.

CRYMODES est febris algens, cui non raro partium internarum inflammatio adjungitur. Ex κρυψίᾳ frigus, algor, & ἀδιοίᾳ forma.

CRYSORCHIS, est testiculorum virilium in abdomine occultatio. Ex οὐράνῃ abscondo, & ἔγχει testiculus.

CRYSTA-

CRYSTALLINUS *humor oculi*, etiam glacialis dictus, est, qui intra tunicæ uveæ aperturam, quasi vitruin foraminis impositus radios undique adventates colligit, ac refringit. Hujus substantia instar glutinis, aut gummi arboris, admodum pellucida est, ac consistentia instar ceræ colliquescentis prædicta, licet compri- mi possit, haud tamen sponte diffundit. Figura ejus in homine, ad speciem lentis accedit, cujus nempe superficies extima planior, ac intima gibbosior. Crystallinus humor, licet minus diffluere aptus, tamen membranula propria, ob levitatem *aranea* dicta, includitur. A *zēvō* frigus, & *ovisim* concreso.

CRYSTALLISATIO est actio Chimica, quando salia in aqua soluta ad certum gradum evaporantur, ut in frido loco posita, in cristalliformia corpora coalescant, quæ hinc *crystalli* dicuntur.

CRYSTALLOIDES TUNICA, idem quod *aranea tunica*.

CUBIFORME, vide *Cuboides*.

CUBITUS, *Plauto* gibber brachii. *ἀλόγερος* *Atheniensibus*, *άγκων* *Ruso.* *κύβης*, *κύβαλος*. Est media pars inter humeri os & carpum; componitur ex duplice osse, ulna sc. & radio: quorum extrema quidem commissa sunt; intermedia autem ab invicem secedunt, quamvis membranoso ligamento copulata. Germ. Der Ellebogen.

CUBOIDES est quartum os trahi in utroque pede, quod & os tesserae, grandinosum, cubiforme & πλάνυμαφος vocatur, ex κύβος cubos; & ἀέτος forma.

CUCUPHA est integumentum capitum, fit ex cephalicis magis odoratis, quæ in pulverem redacta, cotone moschato excipiuntur, & inter pannum sericum interpunctantur, quod adversus catarrhos aliosque capitum morbos super caput geritur, vel pileo intus assuitur.

CUCURBITA est vas Chymicum turbinatum ex terra vel vitro confectum destillationibus per alem-

bicum instituendis aptum. Germ. Ein Kolben. Quandoque etiam pro cucurbitula sumitur.

CUCURBITINI LUMBRICI, sunt vermes lati semi-ni cucurbitæ similes.

CUCURBITULA seu *Cucurbita* est vas venticosum, ex vitro vel stanno conflatum; quod corpori cum scarificatione, vel sine eâ applicatur, ad sanguinem revellendum, derivandum aut extrahendum: si sine scarificatione instituatur, *cucurbita ceca & Ventoſa* appellatur: Græci σκουρβίτα κύρφη vocant. Germ. Ein blinder Kopf. Cucurbitulæ apponuntur partibus maximè carnosis, ubi vasa magna & nervi lædi non possunt. *Træſio* illa quæ fit in cucurbitulis applicatis hoc modo peragitur: post cutis scarificationem, aër in cucurbitula contentus vi flammæ vel stupæ incensæ rarefit & dilatatur, postea verò frigefacto & condensato aëre interno minus spatum occupat, tum aër externus premens carnem, sanguinem in cavitatem cucurbitulæ propellit. Græcis σκουρβίτης χάραξ appellant. Cucurbitularum duo genera sunt, inquit Celsus, *aeneum & corneum*. Anea, altera parte patet; altera clausa est. Cornea, altera parte æque patet altera foramen habet exiguum. In aeneum linamentum ardens conjicitur, ac sic os ejus corpori adaptatur, imprimaturque, donec inhæreat. Cornea, per se corpori imponitur; deinde ubi ea parte, qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superque cera cavum id clausum est, æque inhærescit. At si cætera defecerunt, caliculus quoque aut pulsarius oris compressioris; ei rei commode aptatur. Ubi inhæsit, si concisæ ante scalpello cutis est, sanguinem extrahit: si integra est, spiritum. Ergo ubi materia, quæ intus est, lædit, illo modo; ubi inflatio, hoc imponi solet. *Cornea* hodie utuntur *Ægyptii* ut patet ex Prosp. Alpino. Germ. Schröpf. Kœpfe.

CUNEIFORME Os. dicitur à cuneo, cuius formam referti volunt: Antiquis πολύμορφοι multiforme, ob

varios

varios, quibus asperatur intus & extra processus, in media cerebri basi situm habet, eique basis instar sub-sustentatur, ita ut omnia ferè capitis, maxillæque superioris ossa tangat.

CUNEIFORMIA OSSA, sunt quæ quintum, sextum & septimum os, tarsi constituunt. *Sphenoidea, innominata & Calcoidea* à Fallopio dicta.

CUNNUS, est pudendum muliebre, ex clitore, nymphis, labijs &c. constans. à κύνι pario, concipio. Vocatur etiam Natura Plin. Muliebria Eid. Cunnus Horatio, Virg. Hortus. Ibid. Genitale arvum Virg. utrumque honesta metaphora. Sic κῆτος Laertio, μέως Hesich. interfemineum Apul. vulva, porcus Varroni ad imitationem Græcorum. φύσις Artemidoro χοῖρος. κλεῖς Rūfo σκίανθρος, ἀπόρρυτος μυχὸς Suidæ. δόεις Θ. Etymol. βλάχια, τεῦμα, μεσοπτός μύτος, πίλαιθρος Hesich. κλητορεῖς φορμιστοι Aristoph. διασφάξ Euphæthio, γέροντος εἰκόσιον, Hippoc. πίλαιναρ θ. teste Euphæthio apud Theopomptum. οὐδειγέρεις, & βύσσος Aristoph. γλωττοκομεῖος Eubulo Comico, σινδικὸς teste Stephano παιδοπόρος γέρεος Epigr. δέλτα, σάρραβος.

CUPELLA vide Capella.

CURATIO, est recta ratio & ordo inveniendi per intentiones & indicationes, certa cuique morbo remedia, ut sanitas amissa restituatur. Græcis θεραπεία.

CURATIVA INDICATIO, est intentio quæ respicit morbum curandum.

CURCULIO, idem quod Cion.

CUTICULA est operimentum cutis, sine sensu, membranæ modo, supra universam cutim foris extensa, innumeris porulis pervia, a' externalium injuriarum declinationem, vasorum cutaneorum occlusionem, & perfectiorem qualitatum tactilium perceptionem, accommodata. Nutritur ex sanguine, nam amissa denuò restituitur, licet ejus vasa minus sint conspicua. Non condensatur frigore, quoniam in fœtibus abortivis eam sæpe ostendit. Nec vaporibus o-

Ie<sup>s</sup>is condensatur, propterea quod vapores coiden-  
sati facillimo negotio eluuntur. Græcis ιτιδημις.

CUTIS in vivo homine. Nam pellu est à carne jam  
diducta, quæ & exubia: Illa χεισ, hæc verò δέρμα :  
πάγη & δέρμα & δεργη, & στροφ. Lycophr. πάρη τὸ στροφ  
τὸ σώμα αὐθιστόντος, & εἰρ. Homero, αὐθιστήν Herodo-  
to, δερβισῆ. Estque velamentum totius corporis  
externum, sive membrana satis crassa, ex filamentis  
vasorum sangvineorum, nervorum, fibrarumque ner-  
vearum variè inter se complicatis contexta, quibus  
glandulæ numerosæ, & lymphæductus, sive sudoris  
& vaporum vasa exteriora densissimè interponuntur,  
Plurimis poris hinc inde pervia est variis in locis sen-  
sibiliter ad necessariorum introitum & exitum perfo-  
rata, ut circa os, nares, oculos, aures, pudendum, a-  
num, &c. In capite est crassissima; in cervice, dor-  
so, &c. mediocriter dura est; rario in facie, pene &  
scroto, tenuis in lateribus, tenuissima in labiis, in qui-  
busdam locis ut in cubito fronte, plantis pedum &c.  
firmiter cohæret. Germ. Die Haut.

CYATHUS, Barbaris Bikarium, Esth. c. I. §. I. de  
form. med. Forsan à Germanico Becker. Arab. cor-  
ruptè Alcuatus & Alcuatum, item Cuathum, mutata in  
tenuem aspera, nomen duxit, πάγη & χέισ à fudendo  
nempe, vel ut aliis placet, hauriendo vino in Græco-  
rum conviviis, ubi simpulo sacrificiis relicto succes-  
sit: unde à Græco κυάθιον, Plato Cyathissare, idem  
quod Propertio ad cyathos, & Juvenali Sat. XIII. Sue-  
tonio ad Cyathum stare, hoc est, pocula miscere, seu ri-  
tu veterum convivii solenni, cyatho poscentibus con-  
vivis potum admētiri. De quo rei literariæ Dictator  
Scaliger de Caus. Ling. Lat. c. 123. Suidæ presiūs cum  
Phavorino ἀπλανίζεται, μέρης ὑγεῖς. Hesych. μέρης μέρες.  
η ἀπλανίζεται. Mensura est tam aridorum quam liqui-  
dorum, non, ut quibusdam visum, poculum vulgare,  
verum sextarii pars octava: sed ad drachmarum pon-  
dus decimam, secundum Atticos, duodecima Simlero &  
Menæ

Menæ cap. 17. Quomodo *Plinius* lib. 21. accipit. Ori-  
bas. lib. 2. Syn. c. 58. Drach. XI observatione com-  
muni, cui *Fernelius* subscribit, quibus addit *Agineta*  
scrup. IV. quod *Angelocrat* unc. Iss. drach. I. & scrup.  
I. expressit. *Nicandri* interpres οὐκέτε μίτραν : ὁ κύα-  
θος, inquit, ἵχει μᾶς μικρός εἰπεν μήτρη μικρή δύσ-  
το τοῦτο μήτρα ἵχει ταῦθεν ταχὺν, τελεῖ, ὅτι τὸν γάμον  
μήτραν. εἰς ἄλλοις δὲ φασιν ὅτι ὁ κύαθος ἵχει ταῦθεν ταχύτα-  
την μήτραν. *Hesychius* γύγην β adstipulante *Pbabori-*  
*nō* & *Fuchsio*, qui ad cap. 6. sect. I. Antidotarii *Myrep-*  
notat *Nicolao* esse unc. ij. et si veteribus Græcis pro di-  
versa liquorum ratione variet.

CYCLISCI sunt scalpra semilunaria, operationibus  
Chirurgicis accommodata. à κύκλῳ circulus.

CYEMA, idem quod *Empyron*. à κύω pario.

CYLINDRUS est emplastrum oblonga forma. Medi-  
cis *Magdalea*, μαγδαλεῖα Germ. Eine Pflaster-Rolle.

CYLOSSIS vide in *Cylbum*.

CYLLUM est crux exterius luxatum. Item claudus  
& curvus. à κυλλόω claudum reddo: unde cyllosis clau-  
dicatio.

CYMBIFORME OS, vide *Os Nabicularis*.

CYNANCHE & αυρύγχη *Aurel.* quod canes ac lupos  
frequenter afficiat: est internorum muscularum, la-  
ryngis, inflammatio, cum respiratione difficillimâ &  
febri continua. Ex κύνῳ canis αύγχῳ ango.

CYNANTROPIA est rabies canina, quā ægri lucem  
& quævis clara ac splendida fugiunt, aquam metu-  
unt, ac ad ejus conspectum & commemorationem  
contremiscunt. Nascitur plerunque ex veneno ra-  
bidi animalis, ut *Canis*, *Lupi*, &c. Homini per mor-  
sum vel quovis alio modo, communicato. Ex κύνῳ  
canis, ἀθεραπεῖ homo, & ἐπίφυτος video. G. ein telles  
Hund-Biss.

CYNODES OREXIS, est appetitus caninus, sive fa-  
mes p. n. aucta, cum vomitu vel diarrhoea conjunc-  
ta. Oritur ex fermento ventriculi nimium aucto,

vel acido. Ex κύων canis, ἀρτος forma, & ὁρεύσιμη cupio. G. ein Hundeshunger.

\* CYNODESMUS, est vinculum quo membra genitalia cuticula cum glande colligatur. Ex κύων canis, eo quod caninum vineulum nancupatur. Et δεσμός vinculum, à δέσμῳ vincio.

\* CYNODONTES, sunt dentes illi inter molares & incisores, canini, columellares & oculares dicti. Ex κύων canis & ὀδος dens. G. die Augen-Zähne / Spitz-Zähne.

CYPHOSIS, est spinæ dorsalis versus posteriora incurvatio. A κυπτή inclino. Germ. ein Buckel.

\* CYRTOMA, est gibbus dorsi, item tumor. p. n. in quacunque corporis parte excitatus. A κυρτός incurvo.

CYRTOSIS, idem quod *Cyrtoma*.

CYSSAROS, est intestinum rectum; item podex. A κύστος sive κύστις podex.

CYSTICA sunt medicamenta adversus vesicæ morbos. A κύστις vesica.

CYSTIS est vesica urinaria, aut fellis. A κύστις prægnans sum, quia aliquid continet.

CYSTIS CHOLEDOCHUS idem quod *Folliculus fellis*.

## D.

**D**ACRYODES, sunt ulcera, continuo ichorem effundentia. A δακρύων lachrymo.

DANIČH, idem quod *lupinus*.

DARSIS, est excoriatio cutis. A δέρω exchorio.

DARTUS, est secunda, integumentorum communium viriles testes mediate involventium, tunica: Originem nascitur à membrana carnosa. In fæminis vero peritonæi tunica testes immedietè involvuntur. A δέρει pellis.

DASYMMA, est palpebræ internæ inæqualitas superficiaria, cum robore. A δαύρος hirsutus.

DEBILITAS est, quando quis viribus minus pollet, quod

quod, vel ex lipothymia vel syncope, vel ex inedia quoque vel ex morbo, vel alio quovis modo extitum.

**DECANTARE** est solutionem claram, vel liquorem, antea turbidum, per subsidentiam vero clarificatum, citra tamen vel colationem vel filtrationem effundere & a crasso magmate liberare. Germ. *Abgießen*.

**DECIDENTIA** notat statū neutrius eam speciem, quando fani ad morbosam dispositionem inclinantur. Dicitur etiam status decidentiae, cui opponitur status convalescentiae.

**DECLINATIO** morbi est, quando a statu & vigore recedit, & æger extra discrīmen ponitur: nemo enim in declinatione, nisi accidentaliter, moritur. Vide *Acme*.

**DECOCTUM**, vide *Apozema*.

**DECORTICARE** idem quod excorticare.

**DECREPITARE** dicitur de sale communi, quando ad ignem residua humiditas expellitur, id quod cum sonno seu crepitu contingit.

**DECRETORIUS** idem est quod criticus.

**DECUSSIS**, idem quod *Denarius*.

**DECUS SORIUM**, est instrumentum Chirurgicum. Quo dura mater leniter pressa, accuratè cranio adiungitur, ut pus intra cranium & meningem crassam collectum evacuetur, per foramen trepano factum.

**DEFECTIO ANIMI**, vide *Lipothymia*.

**DEFENSIVUM** Chirurgis notat Medicamentum, quod parti læsæ circumponitur, ne læsio ipsa ulterius proserpat.

**DEFLAGRATIO FEBRIUM**, vide *Apyrexia*.

**DEFLUVIIUM** capillorum, vide *Alopecia*.

**DEFLUXUS**, idem quod *Catarrbus*.

**DEGLUTITIO** est actio animalis, quâ ex fibrarum musculosarum gulæ contractione, alimentum in ore masticatum, aut aliud liquidius absorptum in ventriculum per œsophagum deprimitur.

DEJECTIO ; est excrementorum alvinorum motu peristaltico per anum dejectio.

DELETERIUM, est medicamentum quodvis venenatum. A διλατεσσα esca, qua animalibus exitus paratur.

DELIGATIO est pars *Chirurgia*, quae vulnera, ulcera, ossa fracta &c. deligat. Estque vel simplex vel composita. Simplex est aequalis vel inaequalis. Aequalis est tantum rotunda, quae membrum affectum circumquaque sine ulla in partem alterutram declinatione complectitur. Inaequalis in asciam & simam dividitur : quae tamen saltem ratione majoritatis & minoritatis differunt; ascia parum à rotunda declinat, sima vero multum. Variæ fasciationis sunt differentes, sumptæ à partium, quae vinciuntur, vel quorundam animalium, vel aliarum rerum similitudinibus.

DELIQUARE i. e. per deliquium solvere.

DELIQUIUM animi, idem quod Eclysis.

DELIQUIUM CHIMICUM est dissolutionis species, quando salina corpora sicca aëri frigido humidiori ut in cella, vel aere pulvio, exposita, (super marmor, vel alio modo) in liquorem resolvuntur. Ratio est, quod particulae aqueæ in aere hærentes copiosè seso in poros apertos insinuant & salinis particulis vehiculum præbeant. Accidit etiam aliquando deliquitum, quando salia e. g. Θ Λ vesicæ inclusa aquæ calidæ immerguntur.

DELIRIUM est imaginationis & judicii depravatio à spiritibus animalibus, tumultuosè & aminans motis, excitata, unde ægri multa absurdæ & incongrua proferuntur, cuius causa antecedens vel in sanguine vel in spiritibus animalibus latet. Græcis παραφροσύνη. Hippocrates & Galenus variis vocabulis utuntur. Hippocrates quidem ad levem desipientiam significandam ferè vocabulo παραφροσύνη & ληρώση sive παραληρώση; Galenus vocabulo παραπάση παραχρέση, sicut ad gravem significandam κῆρος, ματηῖα & εμπατηῖα utitur; παρεκρόψη vero de utraque usurpant. Species variæ

variae sunt, unde σωτηρίαι qui pauca loquuntur: alii & sermone delirant, & ridicula, aliena, magnifica vel maledica non saltem cogitant, sed & proloquuntur: alii denique opere & factis cogitata exequuntur & haec omnia praestant vel μὲν γέλωσις, vel μὲν αὐθεῖς sed homines delirantium ordines ad certas differentias redacti sunt. Sub delirio in genere dicto comprehenduntur παραφρεσίη, φρεσίτης, μελαγχολία, μανία, & alii qui hoc referuntur affectus. Delirium iterum est cum vel sine febre. Cum febre φρεσίτης vocatur, & quod simplex appellatur delirium, Græcis λύγος vel παραφρεσίη, vel παραλυγή symptoma nimis febrium ardentium.

**DELTOIDES** est musculus instar A Græcum, triangularis; Oritur à clavicula, humero sive acromio, & scapulæ processu spiniformi, atque à medio humeri robusto tendine infixus: humerum ipsum attollit. A figura Δ, & ἀδες forma.

**DENARIUS**, est unciae pars septima, uncia enim septem continet denarios.

**DENTARPAGA**, vide *Forfex*.

**DENTES**, Græcis ἀδόντες, sunt ossecula à utriusque maxillæ per gomphos in fixa; viris plerumque tridenta: fæminis vero viginti octo tribuuntur; foris si e periosteo conspicuntur. Continuo crescunt, secus frequenti detritione comminuerentur, non tantum anteriis & venis sed & nervis prospiciuntur, quod dolor vehemens aliquando arguit. Quatuor anteriores iores, *Incisores* Isidoro, *Tonici* Celso πυρεῖς, διασπῆρεις, τουηῆς, γελασονῖ. Germ. die sordiden Zähne; tere utroque; *Canini*. Germ. die Augen-Zähne. Tamen molares, Græcis μύδοι, γομφῖς dicuntur. Germ. Back-Zähne. Qui post annum trigesimum & quagesimum interdum erumpunt, morum & sapientias, item genuini, Cic. intimi Eid, Κεραίης, ἀγίος παφρεσίης appellantur. Dentalis vertebræ scidae prominentia dentis quoque nomine venit.

DENTIDUCUM, vide *Forfex*.

DENTIFRICIUM est medicamentum ad dealbandos, extergendos & stabiliendos dentes, gingivasque roborandas patatum. Græcis ὀδοντόερμα, σμῆγμα ὀδόντων.

DENTITIO est tempus illud, quo infantium dentes erumpere incipiunt, quod fit mense septimo vel feriūs; & citius *superiores* nonnullis citius *inferiores* & in his anteriores prius: Tempore dentitionis sœpè febres, convulsiones, alvi profluvia, &c. oriuntur. Græcis ὀδοντοφυία Αἴγιν. ὀδοντάρις à qua differt ὀδακτυοῦς Galeno, sive γλώσση ὀδαξιστοῦς, ut ab Hippocr. vocatur, pruritus ille gingivarum, quem dentientes pueri sentiunt.

DEOBSTRUERE } not. idem quod operire,

DEOPPILARE }

DEPILATORIUM. Vide *Psilothrum*.

DEPRESSUS i. e. humilis, e. g. cucurbita depressa.

DESPUMARE est spumam à re quadam cumque ea fôrdes detrahere. Fit potissimum addito album. ov. conquassato.

DERIVATIO est, qua sanguis, qui in partem influxit & nondum impactus est, per locum vicinum eductus.

DERMA, idem quod *Cutis*. A Δέρνω cutim detraho.

DESCENSUS, seu destillatio per descensum est quando vas recipiens v.g. olla defigitur in terram, vas verò adservans intermediâ laminâ foraminibus pertusâ, igne circulari incalescit, ut hoc pacto descendat evaporabile. Parari ita solet à mulierculis v Ros. Sed hodie inusitata ratio destillandi est. Dicitur etiam de solutione per deliquium.

DESICCATIO, est superflui humoris vel humiditatis per calorem evaporatio.

DESTILLATIO est partium humidarum vel oleofarum, in halitus fumosve vi ignis extenuatarum, atque elevatarum extractio: Destillatio fit per vesicam, cucurbitam, retortam, descensum, &c. Eaque in balneo mariæ,

mariæ, vaporis, arena, fimo, sole, reverberio, &c, peragitur. Dicitur etiam de coryza & catarrhis.

DETERGENTIA, vide *Abstergentia*.

DETTONATIO est operatio chimica, quando corpora mineralia in specie  $\ddot{\text{O}}$  cum tripla parte nitri exsecati calcinantur a<sup>e</sup> aperto calcinatorio. Germ. *Vets pussen*.

DEUTEROPATHIA, est morbus ab alio morbo oris genem ducens, ex gr. si caput ex alterius partis vicio laborat, vel communicata ad id materiâ morbificâ, relicto priore foco. Ex *dîvne* secundus, & *mâx* patior.

ΔΙΑ notat frequentissimè in medicamentis officinalibus compositis basin, vel primarium ingrediens; e. g. spec. diamosch. diambr. &c.

DIABETES. Sic Galeno dicitur. Dipsacus *Egineta* ab immensa siti, quam invehit. Vel ut alii à serpentis quodam genere, quod Dipsacus appellatur & in *Lybia* præsertim reperitur, quod morsu suo venenum quoddam in homines insinuet, à quo sitis inextinguibilis inducitur. *Διάρροια ἡτέρων υδροφόρες αμύδην* quasi *hydrops in matulam*. Hinc est, quod hunc affectum *Matulam inter cutem*, alii *Urina profusum & siphonem* nuncupant. Rarissimus est affectus, quem Gal. se bis tantum vidisse refert 6. de Loc. aff. Cap. 3. Ego cum CL. Doctore *J. van Dueren*, semel observavimus in Reverendo quodam Ecclesiae Pastore. Estque sanguinis deliquium & colliquatio nimia, unde serum ingenti copia, cum intensa siti adjuncta renes pervadit perque vias urinarias excernitur; Oritur plerumque à fermento renali nimis evecto, vel p. n. acido. A *Diabulâ* pervado.

DIABROYSIS est solutio continui per exensionem. A *Διάβρωσις* peredo.

DIACHORESIS notat in generè omnes excretiones, quæ in corpore contingunt; In specie vero dicitur de excretione per alvum. Ex *Δια*.

DIACLYS-

**DIACLYSMA** est oris collutio, ad foetorem abigendum vel dentes aut gingivas confirmandas. Vocantur *σπαστικά πολύ* collutiones oris; Parantur ex adstrinquentibus variis, ut *biflotta*, *tormentilla*, *fl. balauſtiorum*, *cort. granatorum*, *gallie*, *alumine*, *ung. Egyptiaco*, &c. A *ἀλεκτύζω* colluo. Germ. Mund-Wasser.

**DIACOPRÆGIA**, est medicamentum ex fimo caprino, adversus splenes & parotides. A *ἀλέκη* ex, *κρέας* stercus, & *άλικ*, capra.

**DIACRISIS**, est distinctio & dijudicatio morborum & symptomatum. A *ἀλεκεία* distinguo, dijudica.

**DIACRITICA**, idem quod *Diacrisis*.

**DIADOCHE**, est successio per crisi. A *διαδόχους* suscipio.

**DIADOSIS**, est alimenti distributio, sive per omnes partes pervasio. Ex *dia* per & *dido* do.

**DIÆRESIS** est exesio vasorum p. n. Velut *Sennens* dicit, cum à causa incidente, erodente, vel tumiente, via aliqua & meatus qui adesse non debebat, aperitur, vel qui adest dilatatur, ut humores, qui in *vasis* contineri debebant, effluant & *in alio loco*: *Διαιρέσις* fit, cum à causa erodente, vel incidente, via aliqua, quæ adesse non debebat, aperitur. Nam primo potest *Διαιρέσις* fieri ab humoribus acerbis, qui erodendo unitatem solvunt, & viam patefaciunt; quod etiam medicamenta aeria præstare possunt: modò crassatum partium sint. Nam tenuitum partium non rodunt; cum non hæreant diutius. Deinde humores copiosi *Διαιρέσις* causa esse possunt, qui partem distendendo rumpunt. Tertiò causæ plurimæ evidentes *Διαιρέσις* faciunt, omnes scilicet, quæ contundendo unitatem vasorum volvunt; qualia sunt motus vehemens, clamor, pondus grave, vulnerantia, contundentia, casus, saltus & similia, inter quæ & flatus referri possunt, qui retenti tantâ vi interdum corporis partes distendunt, ut non solum naturales cavitates dilatent, sed rumpendo etiam novas faciant, & ipsi quo-

oqua unitatem solvant. Item operatio Chirurgica, & continua separat, & fit incisione, ustione, tereatione, rasione, limatione, serratione, exesiona. A ~~aria~~ tollo.

**DIÆTA** est Methodus legitimè vivendi in sanis. At Diæta ægrorum est remedium in recto rerum vitæ necessarium, potissimum alimentorum usu consistens: aquæ ratione consistentiæ est *crassa*, *mediocris* & *tenuis*. Crassa instituitur alimentis copiosis, firmis & solidis, nultumque nutrire aptis. Hæc simpliciter plena est, quæ fiebat olim per prisam hordeaceam integrum. Vel est *plenior* & *crassior*; quæ fit per carnes pullorum & ova sorbilia. Vel est *plenisima*, quæ etiam carnes castrorum concedit. *Mediocris* est, quæ ex medicis substantiæ & quantitatis alimentis constat. Hæc olim per panem jure tintum, vel etiam per carnes pullorum fiebat. *Tenuis* est quæ & alimentis paucis, tenuibus & infirmis perficitur, quæ ut plurimum acutis morbis convenit: Eaque triplex est, *tenuis simpliciter*, quæ olim per ptisanæ succum fiebat. Vel *se-nior*; in qua melicratum propinabatur; vel *tenuissima*, in qua nihil cibi æger sumebat. Verum nunc temporis diætæ non ita strictè observantur quam olim, præsertim in hisce regionibus. A *diætæ* nutrio.

**DIÆTA SUDORIFERA** dicitur in specie administra-tio decocti lignorum tam primarii quam secundarii pro curandis variis morbis. Germ. Schwitz-Eur.

**DIÆTETICA**, est pars medicinæ præscribens cognitionem & usum rerum sex non naturalium. Ex *an-*  
*tria* victus ratio, & *aria* ratio.

**DIAGNOSIS**, est signorum præsentium cognitio: Sive cognitio, qua præsentem morbi conditionem di-gnoscimus. Estque triplex partis *affectæ*, ipsius morbi, ejusque *cause* recta investigatio. Ex *actis* per, & *ymoxo* cognosco.

**IALEIMMA**, idem quod *Apyrexia*. Ex *dia* in, & *ante* relinquo. DIA-

**DIAPASMA** Plinio, medicamentum aridum ex siccis pulveribus conflatum inspersile, quod aut vestibus ad gratiam odoris, aut ulceri, vulnerique varia ratione, aut potui etiam ad luxum inspergitur. **Διάπασμα, οὐπασμα, οὐπαστον, θάρακος, Ορβασις**, non male discrimen inter has voces ex *Antyllo* ponere mihi videtur: ut *ιουπάσματα* sint, quæ sudoribus cohibendis, & commovendo pruritui adhibentur; quæ *sym-pasmatæ & aspergines Aurelianæ* nominat: *ιουπάσματα* sunt, quæ ulceribus superponuntur, *έπεια* etiam dicta: *διαπάσματα* verò conciliandæ inventa fragrantiae.

**DIAPEDESIS**, est sanguinis, per vasorum rarefactionem, eruptio. Ex *διά* per, & *πέδης* salio, salto.

**DIAPHANUM** est omne quod pellucidum est, ut humores oculares, tunica cornea, septum lucidum &c. A *διάφανος* pelluceo.

**DIAPHORESIS**, sive sudatio, est decedentia omnis generis effluviorum per invisibiles corporis poros. Ex *διά* pes, & *φέρω* fero.

**DIAPHORETICA** sunt medicamenta, quæ per insensibilem transpirationem & sudorem causam mali, eliminant.

**DIAPHRAGMA**, *φέρεται seu septum transversum, & di-septum ιωβίζων Aris.* est septimentum musculosum thoracem ab abdomen distinguens, in medio membranosum est; œsophagus, arteria magna, vena cava &c. per illud transeunt: respirationi una cum cæteris musculis pectoris inservit, & motu suo excrementa alvina premendo foris convehit. A *διάφραγμα* sepio, munio. Germ. Das Zwerchfell.

**DIAPHRATTONTES** sunt membranæ, pleura, dictæ, quæ thoracem intus succingunt, & in medio septum vulgo, mediastinum, relinquunt. A *διάφραγμα* sepio.

**DIAPHTHORA** est corruptio alicujus partis in corpore. A *διάφθισις* corrumpo.

**DIAPLASIS**, est membra luxati restitutio. A *δια-πλάσιον* conformatio.

DIA-

**DIAPLASMA**, est unctio sive fomentum. A *ἀπλάσμα* illino.

**DIAPNOE**, idem quod *Diaphoresis*. A *ἀπνοία* periro.

**DIAPYEMA**, idem quod *Empyema*. Ex *ἀπε* per & *υόν* pus.

**DIAPYETICA**, sunt medicamenta pus maturantia. A *ἀπτυώσις* suppuro.

**DIARIA FEBRIS**, idem quod *Ephemera*.

**DIARRHOEA**, est fluxus ventris, in quo plurima biliosa, pituitosa aliaque fæculenta frequenter dejiciuntur. A *ἀρρέψις* perfluo. G. der Durchfall.

**DIARTHROSIS** est compositio ossium, ad evidenter, validum, facilemque motum comparata: qualis est in brachio, manibus, femore, pede &c. Ex *ἀρθρόν* per, ex, & *ἄρθρος* articulus.

**DIASTOLE**, est cordis dilatatio, cum crux ex vena cava in dextrum, ex vena pulmonali sinistrum in thalamum cordis influit. Ex *ἀρθρόν* per, & *σύναντος* mitto.

**DIATESSARON** est medicamentum ex quatuor simplicibus compositum.

**DIATHESIS** est dispositio corporis naturalis, vel præternaturalis, qua ad actiones peragendas bene vel male sumus dispositi. A *ἀπόθεσις* dispono.

**DICHOPHYIA** est capillorum vitium, quando in partes dividuntur. Ex *δίχαι* dupliciter, & *φύω* cresco.

**DICROTUS**, est pulsus bis feriens. Ex *δίς* bis, & *κρότος* pulso.

**DIDYMI**, sunt gemelli, uno partu editi. Item testiculi. A *δίδυμος* duo.

**DIES critici**, vide *Critici dies*.

**DIGASTRICUS** est musculus biventer, qui à processu mammiformi ortum adipiscitur, & in parte menti interiori mediaque interius desinit, illamque dorsum trahit. Ex *δίς* bis, & *γαστήρ* venter.

**DIGERENTIA** seu præparantia sunt, quæ qualitates humo-

humorum evacuationi resistentes, mutant, & ad evacuationem disponunt.

DIGESTIO Chymica, est qua res calore digestivo, ad modum naturalis ciborum digestionis in ventriculo, coquuntur sive fermentantur.

DIGESTIVA vide *Digerentia*.

DILATATIO est, cum meatus vel reteptacula plus debitò distenduntur, ut in varice, &c.

DILATATORIUM est instrumentum Chirurgicum, quo uterus vel os dilatatur & aperitur; vocatur etiam *speculum*, quia per id in os vel uterum introspicimus. Dicitur etiam de *radice gentian. rubr.* quæ ulceribus innaffitatur, ut dilatentur iterum, si nimis cito superior cutis coeat. Germani vocant eum *Obells Reissel*.

DILUERE est medicamentum concentratum aliis additis temperare, viresque adeò diffundere.

DILUTUM, quandoque idem quod *infusio*.

DINUS, idem quod *Vertigo*. A *δινός* circumago.

DIOTA, est vas circulatorium à duabus auribus, utrumque brachium lateribus applicatum amplexantibus, dictum.

DIOPTRA est speculum matricis, sive dilatatorium, quo uterus, in foetus mortui extractione ejusque ulcerationum inspectione, dilatando ampliatur, *διόπτρα* perspicio.

DIPLASIASMUS est morborum reduplicatio; Item duo musculi brachii circumductionis inservientes. A *διπλάσιος* duplio: *διπλάσιος* duplo major.

DIPLOE est inferior carnii, lamina: item vas duplex, quod Chymicis usu venit. A *διπλάσιος* duplico.

DIPLOMA, idem quod *Diplos*. Sumitur aliquando pro latere complicato *πλευρα Eginetae*, *πλευρα ερε*, *διπλωμα Hesicbia*, *Plagella Celsi*, *Aurel.* Germ. *eine aufgerolte Binde*.

DIPSACUS, idem quod *Diabeces*.

DIRADIATIO vid. Irradiatio.

DISCU-

DISCUTIENTIA sunt medicamenta, quæ restagnantes in corpore humores attenuant, ut vel in vasa recipi, vel per transpirationem excelli possint.

DISLOCATIO idem quod luxatio.

DISPENSATORIUM est liber, pharmacopæis utilis, in quo medicamenta omnia, saltem usualia, continentur, & in eo præscribuntur, ut toto anno in officinis præparentur & inveniantur.

DISSIMILARES partes sunt, quæ in varias partes fibi dissimiles dividì possunt; ut, manus, vena, musculus, os &c.

DISSOLUTIO est, quando electuaria vel pulveres in aqua vel decocto commiscentur & dissolvuntur. Ex gr. Rec. el. diapruni, diacarthami aa. drach. ij. fl. crem.  : drach. i fl. aq. fænic. q. s. M. f. dissolutio sive hauustus.

DISTENSIO est, quando partes ab alio inflantur, dilatantur, & relaxantur, ut ex effervescentiis in intestinis concitatis oriuntur flatus, & non raro pressiones doloresque.

DISTORSIO, est cum partes situ aut figura peccant. Germ. Verdrehung.

DISTRIBUTIO CHYLI fit, cum chylus post debitam in ventriculo & intestinis fermentationem, poros intestinales subeat, & per venas lacteas, ductumque chyliferum, in venam subclaviam exantlatur, ut unâ cum sanguine circuletur & purpureo colore induatur.

DISTRICHIASIS, est duplex in palpebris pilorum series. Ex dīc bis, & dēc pilus.

DIVAPORARE i. e. evaporare.

DIURESIS est urinæ per renes secrétio, quæ hoc modo peragit: Adjacent arteriis emulgentibus exiguae glandulæ, quibus serum à sanguine secernitur, & per canaliculos exiguos; (ex quibus rēnum substantia maxima ex parte constat,) ad carunculas papillares

ares & deinde ad pelvim, ureteres, vesicamque foras deducitur. Ex dia per, & ex urina, & ex fluo.

**DIURETICA**, urinalia Medicamenta. *Aurel* sunt Medicamenta, quæ sanguinem, fundendo, incidendo & dissolvendo, serum per renes, ad vesicam præcipitant. Ex dia per, & ex urina, & ex fluo. Germ. Harns Urinentreibende Mittel.

**DODECADACTYLUM**, est intestinorum tenuium primum, à ventriculi pyloro incipiens, & terminans ubi jejunum incipit. Ex dodeca duodecim, & dactylis digitus; ob longitudinem duodecim digitorum, quod tamen in nostris hominibus nunquam observatur; forte veteres ex brunorum inspectione hallucinabantur.

**DOGMATICA MEDICINA** seu rationalis: hujus author fuit Hippocrates, & post eum Galenus; qui experientiæ rationem addidere.

**DOLOR**, idem quod *Algema*.

**DOLOR NEPHRITICUS**, idem quod *Nephritis*.

**DORSUM** seu *tergum*, pars thoracis posterior, dicitur. Græcis οὐτος, μῆρος, λεφία. Germ. der Rücken. Dorsum manus vel pedis est exterior eorum facies.

**DOSIS** est medicamenti determinata portio, sive quantum unica vice exhibetur vel propinatur. A didimus do.

**DOTHIEN** est furunculus sive tuberculum durum ovi columbini magnitudine, cum ingenti dolore, ex sanguine crasso excitatum.

**DRACO** Chimicis frequenter denotat mercurium seu argentum vivum. Hinc *Draco mitigatus* est mercurius dulcis.

**DRACUNCULUS**, est ulcus quod nervum ipsum pervadit: item lumbricus longus, planus, non admodum latius, albus, qui cruribus Indorum frequenter, innascitur. A dracunculus draco.

**DRACHMA**, est octava unciae pars continet scrupulos tres. DRA-

DRASTICA sunt medicamenta præsentissima. A *dæm* facio. Dicitur in specie de purgantibus fortioribus.

DRIF Helmontio notat lapidem *Butleri*, quem de-prædicat tanquam medicamentum potestativum, quod solo attactu *extremo* lingyæ apice morbos sanare posuit.

DROPACISMUS, est medicamentum rubificans, quo membra externa omnia extenuata, resoluta, frigida & humida, oblini solent. Estque vel simplex vel compositus. *Simplex* ex pice modica oleo liquata, constat. *Compositus* præter picem oleo liquatam, recipit etiam piper, pyrethum, bitumen, semen rorismarini: & si opus sit siccare, sulphur bibum, salem, cinerem fermentorum; sin vellicare Empborium. Forma varia est, quidam enim emplastri referunt, alii cataplasmatis formam. Latinis *Picatio*. Germ. ein Pech-Pflaster.

DROPAX, idem quibd *Dropacismus*.

DUCTUS BILARIUS, vel *Porus Bilarius*.

DUCTUS CHYLIFERUS est vas, in cuius parte inferiore laetæ venæ omnes & plurimi lymphæ ductus terminantur; circa glandulam renalem suistram ortum sortitur; & juxta arteriam magnam per thoracis longitudinem ascendens, in venam subclaviam sinistram terminum consequitur; plurimas habet valvulas, ne materia ascendens delabatur: intta quartam & sextam thoracis vertebram, pro naturæ lufu, variè bifurcatur: usus est Chylum & Lympham versus cor, ex partibus inferioribus vehere & adducere.

DUCTUS PANCREATICUS, est canaliculus, ex partiteate ortum ducens, qui juxta vel non procul à ductu bilario intestino inseritur; succum vehit Lymphaticum, quem in intestinum duodenum mittit, ad cibum (à fermento acido ventriculi & bilis admixtione) volatilisandum & fermentandum: Doctiss. de Graaf. succum subacidum ex ipso ductu emulgere novit, alii etiam Medici cordati, inter quos præceptor noster Phil. Masthans Junior, Dom. Paisentius Domi

*Michael Behm.* &c de succo istoc acido non parum ambigunt, & de morbis quibusdam, quos ex effervescentiis acidi succi pancreatici cum bile in duodeno derivat *Excell. Dom. Sylvius*, haec tenus valde dubitant. *Nos* autem interdum p. n. acidum inveneri affirmamus, saepe etiam falsum, & austерum; frequentius tamen insipidum & volatile, vide *Anat. nostrum Reform.* cap. XI. lib. I.

DUCTUS RORIFERUS, sic à *Nobilisf. Bilio* dictus, idem est quod *Ductus Chyliferus*.

DUCTUS SALIVARES sive salivarii sunt meatus, qui à glandulis extra os sitis neme parotidibus & maxillaribus internis protensi, in maxillas & linguæ latera porriguntur, ibique succum salivalem effundunt, ad cibi solidioris masticationem, deglutitionem; & nonnullam fermentationem.

DUCTUS THORACICUS, vide *Ductus Chyliferus*.

DUCTUS UMBILICALIS, vide *Funiculus*.

DULECH est terminus Paracelsicus & Helmontianus denotans fortes tartareas in sangvine, ex quibus calculi facile concrescere possunt.

DUODENUM INTESTINUM, idem quod *Dodecada-  
ctyon*.

DURA MATER, vide *Mater dura*.

DYSÆSTHESIA, est difficultas seu vitium sensuum. Ex Æs difficile, & *αἰδάρους* sentio.

DYSCRASIA, intemperies, mala temperies, est inæqualis elementorum in sangvine, vel succo nervoso mixtura. Ex Æs difficile, & *κράνυς* misceo, temporo.

DYSELCES, est qui ulceribus curatu difficillimis laborat. Ex Æs difficile, & *λύκη* ulcus.

DYSENTERIA, est alvi fluxus, cum torminibus ventris, in quo sanguinolenta, purulenta & frustula intestinorum membranacea excernuntur, saepe autem cum febre continua, & siti conjuncta. Ex Æs difficile,

ficile, ἀπερι intestinum, & πέσω fluo. Latinis Tormina. Germ. die rohte Ruhr.

DYSEPULOTICA, sunt ulcera maligna curationem respuentia. Ex δύσις difficulter, ἐπί super, & ἡλαγος integer. Sed potius ab ὄχυροι perniciem infero, derivandum censeo.

DYSODES, δύσθεμος vel δύσθυμος. Est omne illud quod malè olet; ut excrementa. Ex δύσις difficile, & ἔξω oleo. Germ. stinkende Dinge.

DYSOREXIA, est appetitus diminutus ex mala ventriculi dispositione. Ex δύσις difficile, & ἔργη cupio.

DYSPATHIA, est patiendi difficultas. Ex δύσις difficile, & πάθος patior.

DYSPEPSIA, est difficultas cibos concoquendi seu fermentandi in ventriculo & intestinis, unde non raro in nidorem vel aciditatem convertuntur. Ex δύσις ægrè, & πίπτω coquo.

DYSPHONIA est loquendi difficultas, ex mala, organorum dispositione. Ex δύσις difficile, & φωνή vo-co. Germ. eine schwere Stimme.

DYPHORIA, est tolerandi vel patiendi difficultas. Ex δύσις ægrè, & φωνή patior, tolero.

DYSPNOEA, est respirandifficultas, ab organis vitiatis, obfessis aut irritatis orta. Ex δύσις molestè, & πνίω spiro. Germ. schwerer Odem.

DYSTHERAPEUTA, sunt morbi curatu difficiles. Ex δύσις pervicaciter, & θεραπεύω curo.

DYSTHYMIA, est animi ægritudō. Ex δύσις ægrè, & θυμός animus.

DYSTICHIA, est duplex p. n. pilorum in palpebris ordo. Ex δύσις male, & στίχω incedo.

DYSTHRIACHISTS, est continuus lachrymarum fluxus, à pilorum in palpebris, naturalibus pilis subnascentibus, punctione. Ex δύσις male, οὐτε crinis, & χίαι fundo.

DYSTOCIA est partus difficilis, sive præternaturalis foetus in lucem, editio. Hoc fit quando nempe

obliquè, transversim vel pedibus primò egreditur, vel cum viæ ex inflammatione vel aliâ angustæ sint, vel cum fœtus magnus, debilis, obesus vel mortuus sit. Ex dñe difficile, & nra paria. Germ. schwere Geburth.

**DYTHRICHIASIS**, est pilorum crescentia inversa. Ex dñe ægre, & seculi criniſ.

**DYSURIA** est iningendi difficultas, ab organis male dispositis, aut à calculo, arenis, vel viscidis humoribus, obstructis plerumque cum ardore urinæ. Ex dñe male, ūgo utina, & pīo fluo.

## E.

**E BULLITIO** dicitur de motu liquidorum inter coquendum. Deinde transfertur ad motus sanguinis, fermentativos p. n.

**ECBOLICA** sunt medicamenta, quæ fœtum in partu difficiili expellunt. Item medicamenta, quæ abortum concitant. Ab exēdā de jicio.

**ECCATHARTICA**, vide *Catharticum*. Ab exēdā expurgo.

**ECCHYLOMA**, idem quod *Extractum*.

**ECCHYMOMA**, est cutis fugillatio, à sanguinis extravasatione. Ab exēdā effundo, & exēdā sanguis.

**ECCHYMOSES**, idem quod *Ecchymoma*.

**ECCOPE**, idem quod *extirpatio*. Ab exēdā excindo.

**ECCOPROTICA**, rectius Eccroprica, idem quod *Catharticum*. Ab exēdā alvum depono.

**ECCRIMOCRITICA** sunt indicia de excretis particularibus. Ab exēdā secerno, & exēdā judico.

**ECCRISIS**, est excrementorum secretio. Ab exēdā secerno.

**ECHINUS** denotat inter alia ventriculum animalium ruminantium in ordine tertium, qui aliâ omasus vocatur, & plicis plurimis gaudet.

**ECLAMPSIS** dicitur nonnullis idem quod *Harpēmica-*

micatio sanguinis, seu vitalis sanguinis motus, quem à luminoso principio in corde habitante falso derivant. Ab ἐκλάμπω effulgeo.

**ECLEGMA** sive *linctus*, quem *Arabes* *Loch* & *Loboch* appellant, aliis *illictus*, & ἐκλαγέτω, est medicamentum internum, quod consistentia inter syrump & opiatum media est, ex variis thoracicis adversus asperæ arteriæ & pulmonum affectus ut lingatur, concinnatur. Ab ἐκλείχω lingo, lambo. Germ. ein dicker Saft.

**ECLIPSIS**, est animi defectus: idem quod *Eclysis*. Ab ἐκλείπω deficio.

**ECLYSIS**, Defectio *Suet.* Defectio virium *Eic.* Langor virium *Ovid.* Imbecillitas, debilitas, Græcis ἀνησυχία, ἀθεραια, ἄκλωσις, ἀρρωστία τῆς δυνάμεως. Est vivificationis læsio, qua vires leviter prosternuntur, ex sufficientis spirituum & caloris copiæ in corpore defectu. Ab ἄκλων delinquo. Germ. eine Ohnmacht.

**ECPHRACTICUM**, est medicamentum incidens & deobstruens. Vide *Inincidentia*. Ab ἐκφράσω deobstruo.

**ECPHRAXIS**, est alicujus partis, per medicamenta incidentia, deobstructio. Ab ἐκφράσω deobstruo.

**ECPHYSESIS**, est efflatio vel exspiratio confertim facta. Ab ἐκφυούσω effluo.

**ECPHYSIS**, est processus osis continuitate cohærens: item intestinum *duodenum*. Idem quod *Aperphysis*. Ab ἐκφύω excresco.

**ECPIESMA**, est succus expressus: item *faeces*, quæ ab expresso remanent. Etiam Calvariae fractura, in qua partes eranii fractæ, meninges premunt. Ab ἐκπίζω exprimo.

**ECPLEROMA** Latinis *supplementum* vocatur id quod à chirurgis intruditur, ad complendum sinum, vel cavitatem ad meliorem deligationem.

**ECPLEXIS** est perterrefactio seu stupor. Ab ἐκπλάσσω perterrefacio.

**ECPNEUMATOSIS**, vide *Exspiratio*.

ECPNOE idem.

ECPYSIS, idem quod *Luxatio*. Ab *cānīzla* excido.

ECPUNCTA sunt medicamenta condensantia, vide *Incrassantia*. Ab *cāxuxāz* condenso.

ECPYEMA, idem quod *Empyema*. Ab *cū ex*, & *pus*.

ECPYESIS, vide *Ecpyema*.

ECRYTHMUS, est pulsus, qui nullius ætatis rhythmum seu modulum observat. Ab *cā ex*, & *euθμ* modulus. Germ. ein unordentlicher Puls.

ECSTASIS, est mentis commotio. Item *abcessus*. Item rei alicujus ē statu, in quo erat, in aliud statum dimotio. Ab *cā ex*, & *iημν* statuo.

ECTHLLIMMA, est ulceratio, à violenta compressione, in cutis superficie oborta. Ab *cāθλία* exprimo.

ECTHYMATA, sunt pustulæ, sive cutis quædam efflorescentiæ, ut in variolis, &c. Ab *cāθμια* exhalo, vapo.

ECTHYMOSIS, est sangvinis commotio & intumescentia. Item animi alacritas. Ab *cāθμē* prompto animo sum.

ECTILLOTICA, sunt medicamenta, quæ callos & clavos absunt, crinesque evellunt. Ab *cātīla* cervello.

ECTROPIUM, est increscentia palpebrarum, quando inferior palpebra brevior est superiore, item genæ &c. aut ejus inversio. Ab *cātērē* everti.

ECZEMATA, sunt pustulæ rubicundæ, fervidæ, & flammeæ. Quidam Hydroa pro eczemate, sed male sumunt. Ab *cāzē* effervesco. Germ. seurige Blättern.

EDULCORARE in Chimicis & pharmaceuticis duo notat; 1. medicamentum aliquod liquidum, ut potio-nem, emulsionem addito sacharo dulcem reddere. 2. Significat etiam pulverem chimicum calciformem à salibus adhærentibus liberare & insipidum reddere. id quod fit frequenti aquæ affusione.

**EFFERVESCENTIA**, est intestinus particularum diversæ indolis & naturæ, cum tendentia ad subitam destructionem, motus, quem nonnunquam calor aut flamma subsequitur, ut in calce viva, feno madide reposito, & micturis Chemicis, potissimum in commixtione salis acidi & alcalici, vel saltem corporis alcalini.

**EFFLORESCENTIA** vid. exanthema.

**EFFLUVIA** denotant subtilissima & saepius insensibilia corpuscula, quæ ex variis corporibus tam motu aëris quam intestinâ agitatione particularum componentium aëri communicantur.

**EGESTIO**, idem quod *Dejectio*.

**ELÆOSACCHARUM** est medicamentum ex saccharo & oleis destillatis paratum pro meliori horum dispensatione. Ab *ελαστικων* oleum & saccharum.

**ELASTICA VIS**, denotat primo in aëre vim illam, qua concentratus & condensatus sese expandit, & hoc nisu in libertatem se vendicat. Deinde dicitur etiam de spirituum animalium explosione, quæ concipitur tam in naturali muscularum motu, quam in spasmis & convulsionibus. Ab *ελαστικων* agito.

**ELATERIUM**, est succus cucumerum silvestrium, in spissam, duramque consistentiam redactus. Item omne medicamentum, quo alvus purgando subducitur. Ab *ελαστικων* agito, expello.

**ELCTICA** vide *Attrahentia*. Ac *ελαστικων* traho.

**ELCUS**, vide *Helcus*.

**ELECTUARIUM** est confectio ex speciebus, pulpis, gummis, syrupo vel melle excepta, consistentiâ conservæ instar crassâ. Estque *simplex* vel *compositum*. *Simplex* tantum ex pulpa cassiae, tamarindorum, vel prunorum constat: *Compositum* verò ut plurimum ex speciebus, pulpis, succis condensatis, gummis, &c, quæ melle vel syrupo excipiuntur. *Electuaria* sunt digerentia, laxantia, purgantia, confortantia, alexipharmacæ &c.

ELEMENTA seu principia sunt corpora simplicissima, quæ nec ex se invicem sunt, neque ex aliis, ex quibus sunt omnia & in eadem resolvuntur. Elementa sunt quinque, spiritus, sal, sulphur, aqua, & terra, quorum postrema duo passiva, cætera activa dicuntur. Alii enumerant tria, salem nempe, sulphur & mercurium, minus tamen rectè. Peripateticorum Schola quatuor existere docet, ignem sc. aërem, aquam & terram. Cartesius materiam primam, secundam & tertiam constituit.

ELEPHANTIASIS ARABUM, de quo morbo ne verbum quidem fecerunt Græci. Arabes ejus intentiōnem passim faciunt, quæ varicibus cognata est; atque ex ipsis ortum habet, & tantum pedum tumor est. Agit de hoc Abicenna, ubi de varicibus tractat: Rhases tamen dissentit ab his, & Græcos sequitur. Haly Abbas qui Elephantem dicit esse morbum omnia corporis membra corruptem, & quasi cancrum universalem. Verum nec ipse sibi constat, cum scribit: ulceræ, quæ in pedibus & cruribus fiunt, Elephas vocantur. Et Elephanticus morbus apostema est melancholicum, quod in cruribus & pedibus: & ejus signum est, quod pedis figura elephantis figuræ similis sit. Reliqui omnes seorsim de lepra & elephantiasi agunt, & elephantiam pedum tumorem esse dicunt, à sanguine melancholico & pituitoso & varicibus ortum, ob quem pedes ægri pedibus elephantis figura & crassitie similes fiunt. Atque tumoris hoc genus in mendicantibus sæpe conspicitur, qui in viis publicis stipem petendo victimum querunt.

ELEPHANTIASIS GRÆCORUM quam Arabes lepram vocant. Appellatur autem *elephas* & *elephantiasis*, & *elephantia* ab elephante, ob similitudinem, quam hic morbus habet cum elephante nimis, ut nonnulli putant, quod eo morbo laborantes, magni ut elephantes, fiant; quæ inepta est notatio, cum elephantiaci non majores fiant, nisi quis non magnitudinem corporis

poris elephantiasi laborantium, sed morbi magnitudinem respiciat, vel quod malum in cruribus serpens, afficiat ea elephantis ritu ferè rigida & æqualia: vel quod inter alios morbos vehemens ac validus sit veluti elephas. Vel quod membra & cutis tumida, scabra, rugosa, tuberosa, & inæqualis, ut elephantum reddatur. *Galenus* de tumoribus cap. 14. malum hoc, cum incipit, etiam ~~σατυριατος~~, nominari scribit, eo quod facies similis Satyrorum faciei reddatur. Nam labia fiunt crassa, nasusque tumet atque ideo depressus apparet; aures tabescunt; maxillæ rubore profunduntur, in fronte hinc inde tumores quasi quædam cornua apparent. Quanquam alii ea etiam de causa ~~Σατυριατος~~ hoc malum nominari censeant, quod in ortu valde libidinosi sint, quoniam videlicet malæ faciei iisdem cum rubore attolluntur, & musculis maxillaribus veluti convulsionem patientibus, mentum ipsum dilatatur, quemadmodum etiam ridentibus evenire solet, similitudine quadam ad picturas Satyrorum, quos ~~λοιποι οι σατυροι~~ *Cel. Rhodiginus* ita nominatos putat, quod ore hiante labiisque diductis instar ridentium cantent & ludant, vel ut non nulli, quod Satyris in Venerem propensione & libidine similes sint. *Celsus* ita describit: totum, *inquit*, corpus afficitur, ita ut ossa quoque vitiari dicantur: summæ partes corporis, crebras maculas, crebrosque tumores habent. Rubor hörum paulatim in atrum colorem convertitur: summa cutis inæqualiter crassa, tenuis, dura, mollisque quasi squamis quibusdam asperatur, corpus emarcescit, os, suræ, pedes intumeſcent. Ubi vetus est morbus, ditti in manib[us] pedibusque sub tumore conduntur, febricula oritur, quæ facile tot malis obrutum hominem consumit.

ELEVATOR idem quod *elefatorium*.

ELEVATORIUM ab elevando dictum est instrumentum Chirurgicum, quo crania depreſſa elevantur.

ELIXIR dicitur ab Arabica voce *Eleſchir*, sive *Eleſchir*,

*ſchir*, sive *Aleſchis*, eſtque eſſentia composita per ſpiri-  
tum vini aut aliud ſimile, extracta.

ELIXIVIATIO est quando ex cineribus e. g. vegeta-  
bilium, affusa v calida, lixivium paratur pro ſale fixo  
coEſſiendo.

ELLEBORISMUS vid. *Helleborismus*.

ELYTHROIDES sive vaginalis, eſt tunica propria-  
rum ſecunda; teſtem virilem mediate involvens. Ab  
*λυθρος* involucrum, & *ειδος* forma.

EMBAMMA eſt condimentum liquidum, quod cum  
cibis apponitur vel ad ſaporis emendationem, vel cru-  
ditates digerendas.

EMBROCATIO, idem quod *Embroche*.

EMBRRCHA, idem quod *Embroche*.

EMBROCHE, ſeu irrigatio, inſtillatio, ſtillicidium, fomentationis genus eſt, quando humor ex alto, plu-  
viae inſtar, in partem aliquam deſtillatur, quae fit vel  
prolutione ex vafculo proboscide inclinata, vel deſtil-  
latione, vel ex guttūrno. Adhibetur primo ſuper  
ſuturam coronalem, in cerebri intempetibꝫbus, ſini-  
turque humor per ſagittalem ſuturam decurrere. Se-  
cundo ad principium spinalis medullæ in nervorum  
morbis, ſinaturque humor per totam spinam deſlu-  
re. Tertio ad calefaciendum vel exſiccandum ventri-  
culum, ſinaturque materia per totum abdomen ex-  
currere, ſi intestina quoque imbecillia ſint, hepatico-  
ratum ſantalimum applicatur, quum ejus inenſio me-  
tuatur. Embrocharum materia eſt aqua conſiuncti  
thermarum, decoctum, lac, oleum, prout partis af-  
feſtus & neceſſitas requiri. Ab *εμβρων* intingo.

EMBRYON eſt rudimentum fætus in utero mater-  
no. Ab *εμβρων* pullulo.

EMBRYONATUM vocatur nonnullis acidum ſal, quod in terræ viſceribus adhuc delitescit ſibi relictum  
& nulli alii corpori jancitum.

EMBRYOTOMIA, eſt fætus diſectio anatomica. Ex  
*εμβρων* fætus rudimentum, & nuptio feco.

EMBRY-

EMBRYULCOS, dicitur uncus ferreus extrahendo fœtui dicatus. Unde *Embryulcia* extractio fœtus.

EMETICA sive *Vimitoria* sunt medicamenta, quæ particulis suis irritativis ventriculi fibras versus superiora contrahunt, & quicquid ventriculo molestum est, per os expellunt. Ab *εμέω* vomo. Germ. Brech-Mittel.

EMETOLOGIA, est tractatio de vomitoriis. Ab *εμέω* vomo, & λόγος sermo.

EMMENAGOGA, sunt medicamenta menses carentia.

EMMOTON, medicamentum liquidum, quod peniculis vulnerariis vel linteo concerpto exceptum ulcerum sinibus injicitur.

EMOLlientia sunt, quæ mediocri sua calefaciendi & humectandi facultate, partes inter se firmius cohærentes dissolvendo, & nonnullas dissipando, molles reddunt. Græcis μαλακη ἡ μαλασσα emollio.

EMPASMA, idem quod *Catapasma*.

EMPHRAXIS est obstructio in quacunque parte facta. Ab *εμφράξω* obstruo.

EMPHRACTICA idem quod *Emplattomena*.

EMPHYSEMA est inflatio, ab effervescentiis vel alias concitata. Ab *εμφυσίω* infl. Germ. Auffblehung.

EMPHYTON THERMON, est calidum innatum, seu calor ex parentum semine primo in *fetu feminatus*, qui postea, inchoata respiratione & fœtu per se subsistente, sensim perit. Calidum hoc, cum Philosophi tum Medici *Spiritum insitum* & *natibum* nominant & ex tribus constare partibus asserunt, videlicet ex *humido primogenio*, *insito spiritu*, & *calore*. Unde Fernelius definit *calidum innatum*, quod sit *humidum primogenium, insito spiritu, & calore undique perfusum*. Verum isthæc veterum nugamenta nihil ad nos pertinent: calidum enim illud locum duntaxat habet in recens natis. Ab *εμφύω* innascor, & θερμή calefacio. Germ. die eine gebohrne Wärme.

EMPIRICA Medicina est, qua citra rationem ægri curan-

curantur.. Cujus author fuit *Acron Agrigentinus*, qui neglectis rationibus, sola experientia fuit contentus. Apud *Egyptios* hæc secta imprimis floruit. Ab *ιαυτης* tento. Unde Empirici, quos nunc circulatores dicimus.

**EMPLASTICA**, idem quod *Emplattomena*.

**EMPLASTRUM**, est Medicamentum externum, quod in teo vel pelli tenui, inductum, cuti applicatur, ei- que tenacius adhaeret. Componitur vulgo ex oleis, aut iis, quæ olei consistentiam fere habent, qualia sunt axungiae, medullae, butyrum, mucilagines; item ex pulveribus, & cera, aut iis, quæ ad ceræ consistentiam accedunt ut resina, pix, gummi &c. cuius massa adhuc calida in teretes & longas figuræ magdaleones cylindraceas formatur. Ab *ιμπλαστρων* illino.

**EMPNEUMATOSIS**, sive *inspiratio*, est thoracis alterna dilatatio, qua aer nitrosus continuo inspiratur, & per asperam arteriam, ejusque partes vesiculares, san- givini, accensionis gratia, communicatur. Ab *ιμπνευμα* inspiro.

**EMPROSTHOTONOS**, est species convulsionis, qua musculi vel totius corporis, vel colli tantum, versus anteriora, contrahuntur. Ab *ιμπροσθο* anterius, & *τόνος* tendo.

**EMPYEMA** propriè dicitur puris in thoracis cavitate collectio; sed si latius sumatur, etiam pro pure, in abdomine, collecto accipi potest. Ab *εν* intus, & *πους* pus. Germ. Brust-Geschwer.

**EMPYREUMA** notat in Chimicis uredinem, quam res destillatae ab igne contrahunt. G. der Geruch oder Geschmac. Deinde empyreumata etiam sunt febri- les, post crisis, reliquæ. Ab *ιμπρευμων* accendo.

**EMULGENTIA** vasa, sunt arteriae & venæ, quæ re- nes subeunt.

**EMULSIO** est medicamentum potulentum, ex semi- num quorundam medullâ cum affuso commodo li- quore

quore educta, compositum, cuius colaturæ syripi, laudanum &c. adjiciuntur. G. eine Milch.

**EMUNCTORIA** sunt cavitates, in quas aliquid excernitur; ut nares pituitam cerebri recipiunt: aures humorem flavum crassiusculum: alvus excrementa alvina: vesica urinam, &c.

**ENARTHROSIS** est articulatio, cum cavitas excipiens profunda admodum, & caput quod in eam infertur, oblongum. Atque haec conspicitur in femore & acetabulo, quod Ischio vulgo tribuitur: tum in astragalo cum osse cymbiformi. Ab eo in, &  $\alpha\varphi\theta\rho\sigma$  artus.

**ENÆMON** est medicamentum sanguinem sistens, vel quod adstringendo, refrigerando & exsiccando meatus vasorum apertorum claudit, sanguinis fluiditatem motumque vehementiorem imminuit, vel sistit. Ex eo in, &  $\alpha\mu\pi\alpha$  sanguis. Germ. Blutstopfend Mittel.

**ENÆOREMA** est crassamentum illud, quod in urinæ medio suspensum continetur. Ab  $\alpha\tau\alpha\gamma\epsilon\omega$  in sublimè attollo.

**ENCANTHIS**, est caruncula lachrymalis, sive excrescentia aut intumescientia angulorum oculi interiorum. Ex eo in, &  $\kappa\alpha\varphi\eta\varsigma$  hircus.

**ENCATHISMA** idem quod *infessus*. Ab eo in,  $\kappa\alpha\tau\omega$  infra, &  $\xi\zeta\mu\omega$  sedeo.

**ENCAUSTUM** est materia illa, qua perficitur collatura vel pictura encaustica. G. Glas-Farbe/Schmelz-Werck. Nonnullis etiam ita vocatur atramentum scriptorium.

**ENCEPHALOS** est quocunque cranii moenii concluditur; ut cerebrum, cerebellum, medulla oblongata, corpus callosum, corpus striatum &c. Ab eo in, &  $\kappa\alpha\varphi\alpha\lambda\eta$  caput.

**ENCHARAXIS** vide *Sacrificatio*. A  $\chi\alpha\varphi\epsilon\tau\omega$  sacrificio.

**ENCHEIRESIS** est prompta & expedita operandi ratio

tio in iis, quæ manuali opera perficiuntur; e. g. Chymia & anatomia. Ab ἕγκεψις manum admoveo. G. fünslicher Handgriff.

ENCHYMOMA est sanguinis p. n. affusio, qua partes externæ lividæ & nigræ conspiciuntur, ut in scorbuto, & fugillationibus oculorum, aliorumque partium vulgo. G. ein blau Auge. Item sanguinis affusio, quando nimis ejus motus citatior fit; ut in ira, & gaudio diffuso. Ab ἕγχεια infundo, & χυμός humor.

ENCHYTA, est instrumentum, quo liquida in oculos, nares vel aures instillantur. Ab ἕγχυα infundo. Germ. ein Trichter.

ENCLYSMA, idem quod *Clyster*. Ab εὐ iatus, & κλύω abluo.

ENCOPE, est partis alicujus incisio, ut in gangrena, &c. Ab ἕγκόπτω incido.

ENCRANIUM, idem quod cerebellum. Ab εὐ in, & κράνος calvaria.

ENDEIXIS, est morborum indicatio, qua demonstratur, quid sit faciendum. ex gr. Plethora indicat venæ sectionem. Ab εὐδείκνυμι demonstro.

ENDEMIUS, sive *morbus bernaculus & communis*, est qui omni tempore plurimos in una regione invadit, à causa loco vel regioni propria, & inquilina proveniens. Ut Scorbutus Hollandis. Ab εὐ in, & δῆμος populus.

ENDEMUS, idem quod *Endemius*.

ENEMA, idem quod *Clyster*. Ibidis Ægyptiae inventum. Ab εἰναι immitto.

ENERGIA, exagitatio vel operatio spirituum animalium vel sanguinis. Ab ἐνέργεια operor.

ENGIZOMA, est calvæ ictus in quo offensum os, ad interiorem cerebri membranam descenderit, eamque præmit. Item, instrumentum, quo in ejusmodi affectibus utimur. Ab ἔγγιζω appropinquo.

ENGONIOS, est brachii, vel cruris flexura. Ab εὐ in, & γωνία angulus.

ENIXUM

**ENIXUM SAL** est medium seu tertium, quod ex accidere & alcali mixtura provenit. e. g. latus.

**ENSIFORMIS** Cartilago Græcis ξιφοειδής, est infima ossis sterni pars, ensis instar mucronata.

**ENTEREPIPOCLE** est species herniæ scroti, quando ileum & omentum simul prolabuntur.

**ENTEROMPHALOS** idem quod omphalocele, dicitur etiam *Exomphalos*.

**ENTERA**, est fistula longa, membranacea intestinorum, mesenterio, ne confundantur, annexa, flexuosa variis dotata: Suntque numero sex (nisi quis æsophagum, ventriculum, & vesicam, intestinis annumerari velit, perinde erit, ei non adversabor, cum eandem habent tum substantiam, tum ferè actionem) Duodenum, Jejunum, Ileum, Cœcum, Colon, & rectum; Superiora tria tenuia, inferiora crassa appellantur; tunicas habent quatuor; externa membranosa est, à peritonæo orta; secunda fibrosa seu carnosa, cuius fibræ exteriorēs longe, interiores vero rotunda sunt, sibi invicem ad angulos rectos super jacentes; tertia nervosa est, & oscula vasorum tum lacteorum, tum sanguineorum in se continet, cui intus & quarta glandulosa seu potius papillosa adhæret, qua mediente chylus absorbetur venisque lacteis communica. **T**estinorum magnitudo seu longitudine ut plurimum sexies plus minus superat longitudinem hominis cuius sunt. Dicit etiam PLAUTUS in Circulo act. 2. scena 3. ita Cibi sacibilitate senio laxis lattibus, & PLINTUS putat tantummodo lactes in homine dici & ovibus intestina, in cæteris vero animalibus ile appellari intestina. Libr. XI. cap. 37. Quidam volunt lactes intestina tantum graciliora dicunt: quidam pro intestinis pinguibus sumunt ut PERSIUS, Emerita auriculas pulmone & lattibus unitis &c. vocantur item intestina, εγκόλπια, ἔδη, χορδαὶ Aureliano, γύκτη. Ab intus, Germ. die Gedärme.

**ENTERENCHYTA** est instrumentum, quo Clysteres  
I immit-

immittuntur: vocantur & *Siphon*, *Syringe*, Germ. eis ne *Elystier*: *Sprigge*.

**ENOPMΩNYA** νόργη vocantur *Hipp.* spirituosa corporis partes, quae ob fluiditatem insignem & ipsae in continuo motu sunt, & alias partes in motu varius agunt.

**ENTEROCELE**, sive *Hernia intestinalis*, est intestinorum præsertim ilei, per processus peritonæi dilatatos, ad inguina vel scrotum prolapsus. Ab ἔντεντον intestinum, & μέλι tumor. Germ. ein Bruch.

**ENYSTRON** Græcis ἔνυστρον est quartus ventriculus animalium ruminantium. Dicitur etiam *Abomasus*.

**EPACMASTICA**, est febris continuo invalescens. Ab ἐπακμάζω invalesco.

**EPAPHÆRESIS**, est phlebotomia iterata. Ab επαφῆς demo.

**EPAR**, vide *Hepar*.

**EPARMATA**, sunt p. n. glandularum parotidum ponere aures tumores. Ab επαργία attollo, eo quod aures, hoc vitio, eriguntur.

**EPHEBÆUM** est locus ab Hypogastrio ad pudendum usque. Dicitur sumen, pedēn, pubes. Aquiliculus &c. Ex ἐπὶ supra, & ἐπὶ pubes.

**EPHELCIS**, est sanguinolentum illud, quod in Hæmoptysi expuitur. Item crusta ulceribus superinducta. Ex ἐπὶ supra, & ἐπὶ ulcus.

**EPHELIS** est macula roscida, ab insolatione ut plurimum excitata, verè & æstate maximè increbescit, idque potissimum in iis, qui cutim rarissimam habent, verum circa hyemem rufus evanescit; Figura est magnitudine morsus pulicaris: maculæ hæ non raro totam faciem defædant. Ex ἐπὶ supra, & ἐπὶ sol. Germ. Sommer-Sprossen: Sommer-Flecken.

**EPHEMERA** sive *Diaria* est febris continua, quæ ultra diem non extenditur, à tenuium partium sanguinis commotione & accensione, otta: si diem exce- dat,

dat, synochus simplex appellatur. Ex *in* supra, & *in* dies. Germ. ein Tägig Fieber.

EPHALTES, sive *Inebis*, est depravata imaginatio, qua dormientes suspicantur, sibi ab incubente aliquo corpore asperam arteriam premi, spiritumque præcludi & ad venerem stimulari vel cogi: oritur à cerebelli compressione, cum ventriculi nimio humore repleti fuerint: vel, si quando quā ex hoc morbo laborant resupini jaceant, tum cerebri moles cerebello incubit, unde præ pondere poris meatibusque compressis, spirituum animalium, ad par vagum, nervumque intercostalem (actionibus involuntariis inservientium) fluxus, intercipitur: hisce hoc pacto præclusis, pulmones gravantur, & officio debito privantur. Ab *cephalotes* insilio, etiam suppressio nocturna vocatur. Germ. der Alp.

EPIDROSIS, est sudoris proventus. Ab *in* supra, & *idē* sudor.

EPHIPPIUM, sive *sella equina* seu *turcica*, est pars osis sphenoidis, cui glandula pituitaria insidet. Ex *in* supra, & *in* eqvus.

EPIALA, est febris continua, in qua calor & frigus simul percipiuntur. Oritur potissimum ab inflammatione interiorum partium. Ab *in* mite, & *ad* calco.

EPIALTES, idem quod *Ephialees*.

EPICARPIUM, est medicamentum externum, emplasti vel cataplasmatis instar, quod pulsibus seu carpis manuum, febribus intermittentibus depellendis, applicatur. Ex *in* super, & *supponit* carpus. Germ. ein Pulsfläster.

EPICAUMA, est ulceratio crustosa oculorum nigredini obtingens. Ex *in* supra, & *supponit* uro.

EPICERASTICA, sunt medicamenta, quae humores acres obtundunt. Ex *in* supra, & *supponit* temporo.

EPICHEIRESIS, idem quod *Encheiresis*. Ab *in* manum adhibeo.

**EPICOLICÆ REGIONES**, sive *latales*, *Laurentius Lumbares*, & *Bartsolinus* ex *Aristotele* *αγωνιστις* nominat, quasi dicens libidinis partes. Sed à *Glossone* *Epicolica* dicitur ea pars quæ coli intestini partibus incumbit: unde denominationem accepit.

**EPICRASIS** est cacochemia evacuatio, sensim sive per partes, facta. Ab *imperio* attempo.

**EPICRISIS** est morbi dijunctio. Ab *imperio* iudico.

**EPICRUSIS** est, levibus ferulis, partium mollium, percussio, Japonensibus familiaris. Ab *imperio* percutio.

**EPICTEION** idem quod pubes. seu locus pubis.

**EPICYEMA**, est superfætatio, sive super imprægnatio, quod rarissime contingit. Ab *in* super, & *in* gravida sum.

**EPIDEMIUS** est morbus communis, à causa communis infectus, & vario tempore nunc in una, nunc in pluribus regionibus multos simul invadens: ut pestes, febres malignæ &c. Causa est, quod aëris nitrum una cum aliis particulis ascitis, arsenici vel sublimati vim acquirat, ut in confiendo sublimato conspicitur; particulæ enim, ex quibus illud conficitur, si seorsim dentur, non adeo exitiales sunt, verum junctæ venenum lethiferum evadunt. Ex *in* supra, & *in* populus. Germ. eine allgemeine ansiedelnde Seuche.

**EPIDERMIS**, videatur *cuticula*. Ex *in* supra, & *in* cutis.

**EPIDESIS**, est ligamenti injectio, ad cruris fluxum sistendum. Ex *in* super, & *in* vincio.

**EPIDESMUS**, est fasciarum subligatio. Ab *in* *desino* subligo.

**EPIDIDYMIS**, sive *parastata*, Latinè *Supergeminatis*, estque vas tortuosum & variis flexibus velut varicosum corpus, quod testium dorso affixum est, constitutens. Majori suo globo testi annexatur, constat ex uno

uno vase seu ductu longitudinem quinque ulnarum facile excedente, minori capite seu globo vasi defrenti conjungitur: Ex im supra, & didymo testiculus.

**PIGASTRIUM** est anterior pars infimi ventris, cuius pars superior *Hypocondrium*; Media *Regio Umbilicalis*; Inferior verò *Hypogastrium* vocatur. Ex im super, & panis venter.

**PIGENNEMA**, est id, quod morbis, velut Symptoma, supervenit. Item, ordo partium in generatione, qui per successum fit. A γενεια fi, nascor.

**PIGINESIS**, idem quod *Spiginema*.

**PIGLOTTIS**, est quinta laryngis cartilago, glottidis sive rimulae operimentum. Vocatur item sublinguum *Ibid. χορδας Poll.* Ex im supra, & γλωττα lingua, & πημα pono.

**PIGONATIS**, est mola seu patella genu. Ex im supra, γόνυ genu, & πημα pono.

**PILEPSIA**, sive morbus *caducus*, quia ægri carente eadunt: vel *Hercoleus*, quia difficulter curationem admittit; item lunatici, ηλιασθέναι, lues dei-fica, sotieus, *comitialis facer*, &c. estque interpolata totius corporis convulsio, omnes actiones animales lædens, à spirituum animalium in cerebro existentium, **explosione**, qua ægri desubito in terram dejiciuntur, ortum habens. Explosio illa fit vel ab irritatione aut punctione: vel cum spiritibus animalibus heterogeneum quid accrescit. Ab ιπλαμβάνω invado, prehendo. Germ. die fallende Seuche.

**PILOGISMUS** est medicorum suffugium. Ab im λίγω dico post.

**PINYCTIDES** sunt pustulæ humorem emanantes, noctu præsertim sœvientes & cruciantes. Ab im supra, νύξ nox, & πημα pono.

**PIPAROXYSMUS**, est quando ægri plures febrium exacerbationes, quam solent, patiuntur, quod in febribus inordinatis contingit. Ab ιππαροξύω iterum exacerbo.

EPIPHÆNOMENA sunt signa, quæ morbis postea superveniunt. Ab *ἐπιφανίᾳ* insuper appareo.

EPIPHORA denotat vel in genere omnem impetum humorum, præsertim sanguinis inflammatorium; Vel in specie inflammationem oculorum.

EPIPHYSIS seu *appendix adnascens*, *aditamentum*, est os ossi adnatum, per contignitatem simplicem & immeditatem, quamvis non adeo plana superficie, sed non nihil mutuo capitum sinuumque ingressu instar ginglymi, licet absque motu. Ab *ἐπιφύσῃ* accresco.

EPIPLASMA idem quod *Cataplasma*.

EPIPLOCELE est omenti *ramex* sive *Hernia*, in qua omentum in scrotum prolabitur. Ex *ἐπιπλόῳ* omentum, & *κάλας* tumor.

EPIPLOOCOMISTÆ, sunt homines obesi & ventre tumidi, quibus est pingue, & magnæ molis omentum, idque in fæminis *conceptioni* impedimentum quandoque fuisse, scribtorum monumenta testantur; idcirco & omenti gestores appellantur. Ab *ἐπιπλόῳ* omentum, & *κομίζω* gero, fero. Germ, dicte *Bauche*.

EPIPLOOMPHALUM est Hernia umbilicalis quando ab omento tumido & prolapo nimis portuberat. Ab *ἐπιπλόῳ*, omentum, & *υμφαλός* umbilicus.

EPIPLOON *omentum*, seu *reticulum*, est operimentum intestinis superstratum, originem à ventriculi fundo, & intestini coli dorsu ortum ducit, nempe à peritonæi duplicatura; figura est instar retis seu ancipis marsupii, plurimis vasis sanguineis abundat. Usus est intestina & veutriculum, pinguedine sua instar pulvinaris fovere. Ab *ἐπιπλόῳ* supernavigo. Germ. das Neg.

EPISARCIDIUM, idem quod *Anasarca*,

EPISEMASIA, est ipsa morborum invasio; sive illud tempus, quo morbus primo notatur, & propriè *significatio* dicitur, Ab *ἐπιεμέσῳ* insuper significo.

EPISION est pubis regio sive *Aqualiculus*.

EPISPHERIA, sunt gyri & anfractus, exteriori substantiae cerebri insigniti, ut yasa sanguifera per cerebri sub-

substantiam melius distribuantur. Ex *īm̄* supra, & *σφαιρα* globus.

**EPISPASTICA**, idem quod *Attrabentia*. Ab *επιστάω* attraho.

**PISTOMIA**, sunt extrema vasorum oscula. Ex *īm̄* ad, & *σύμμα* os.

**PISTROPHEUS**, seu cardo, est vertebra colli secunda, à vertendo dicta, eo quod caput circumverit. Ab *επιστρέφω* circumverto.

**PISTHEMA** est medicamentum externum, seu topicum liquidum quod partibus corporis variis, præsertim cordi & hepatis, admovetur. Ab *επιπίθημι* impono.

**PIENEUMATOSIS**, idem quod *Expiratio*. Ab *επνίνω* efflo.

**PIOMIS**, est superior humeri pars, quæ & *Acronium* nominatur. Ex *īm̄* supra, & *ώμος* humerus.

**PIOMPHALUM**, est Emplastrum vel aliud quid, quod extuberantiis umbilici applicatur. Ab *īm̄* supra, & *ώμος λόγχη* umbilicus.

**PIULIS**, est in gingivis excrescētia, ad intimos molares contingens, ita ut oris apertio impediatur. Ex *īm̄* supra, & *λόγχη* gingiva. Germ. *Wildfleisch im den Zähnen*.

**PIULOTICA**, idem quod *Cicatrizantia*. Ab *επιπλόω* cicatricem infero.

**PIETHISMOS** *ερεθίσμα*; significat generatim omnem irritationem, quæ in nervoso systemate accedit & spiritus in motus inordinatos agit.

**PIODENTIA** sunt medicamenta, quæ acutis suis particulis carnem erodunt.

**PIPES**; vide *Herpes*.

**PIRHINUM** Barbaris *nasale*, est medicamentum, quod metæ forma naribus inditum, ex cerebro, sine sternutatione, humores & præsertim viscidos evacuat. Estque liquidum, molle vel solidum. *Liquidum* fit vel ex succis herbarum errhinarum & cephalica-

rum, ope vini, aut alterius liquoris, extractis, quibus aliquando spiritus vini admiscentur, s<sup>e</sup>l ex decocto simplicium idoneorum additis non nonnunquam succis, melle, syrupo, imo & pulvere. Molle ht ex pulvere, melle, oleo, vel sliceis excepto, & ad unguenti formam decocto. Solidum, s<sup>e</sup>l forma pulveris datur, & hoc in sterilizatoriis maximè locum habet, s<sup>e</sup>l turundæ & dicitur *nasa*, paraturque ex pulveribus idoneis, mucilagine, cera vel therebinthina exceptis. Ab *o* in &, e<sup>o</sup> nafus.

**ERYSIPELAS**, Ignis facer *Columell*: ignis *Sammonico*. Ἑρυθρόπτης *Poll*: πῦρ ἕγεισος *Hippocrati*. Est tumor p. n. in cute aut quacunque parte carnea vel membranosa excitatus, rubicundus, latus, non altè ascendens, nec pulsans, sed cum colore punctorio, à sangvine acri & sulphureo plerumque productus. Mihi videtur ejus causa esse non Sangvis sed exudatio serosa & sulphurea, quae p. n. ex ipsis fibris exudat. Ex Ἑρυθρό- rubrum, & μάστιξ fermè, propè. Germ. die Rose / das heilige Feuer.

**ERYSIPELATODES**, est tumor p. n. Erysipeli simili, sive Erysipelas spirium. Ex Ἑρυθρία inflamatio, & ἄσθρο forma.

**ERYTHREMATA**, sunt rubores publicares, in febribus pestilentialibus frequentes. Ab Ἑρυθρία subefco.

**ERYTHROIDES**, est membrana rubea testiculorum, propriarum tunicarum prima, *Vaginalis* dicta. Ab Ἑρυθρό- ruber, & ἄσθρο forma.

**ESCHARA**, est crasta ulceribus superinducta, vel cauterio aut ruptorio excitata. Ab ἔχω habeo, & ἥξει terra; quia se habet instar terræ damnatae. Vel ab ἔχασθαι crustam induco.

**ESCHAROTICUM**, est cauterium, ignis, vel ruptoriū, quod cutim & carnem in duram crustam sive escharam exurit. Ab ἔχασθαι crustam induco.

**ESSENTIA**, essentiae vocabulum significat accuratè loquen-

loquendo balsamicam rei partem à crassiori separata. Quare cum exactissima rei separatio beneficio extractionis peragatur, sit, ut pars illa balsamica à crassiore corpore per spiritum vini extracta essentia ~~zat~~ ~~zēzē~~ dicatur. Sunt & qui eleosachara essentias voeant, sed abusivè.

**ESSENTIA QUINTA**, est medicamentum, ex integris alicuius corporis particulis energeticis sive activis constans.

**ESSENTIALE SAT** nonnullis vocatur illud, quod ex succis herbarum depuratis & evaporatis concrescit e. g. ex succo acetosae &c.

**ESSENTIFICARE** dicitur hodie spiritibus alelicis destillatis Θ proprium volatile addere ut in eo solvatur. e. g. CC. essentificatus.

**ESSERE**, *Sora* & *Sare* etiam nominant: suntque tubercula parva, ad rubrum vergentia, duriuscula, quæ cum insigni pruritu subito universum corpus occupant, non secus ac si ab apibus, vel vespis vel tulicibus, homo demorsus, aut urticis percussus esset: non ita tamen post longum tempus evanescunt, nulloque ichore vel alia humiditate affluente cutis pristinam levitatem & colorem recuperat. Differt ab *spinigide*, quod in hoc affectu ichor manat; in Essere non item.

**ESTHIOMENOS**, est herpes exedens, causa est, quod papulae cutis humorem quandam acrem in se continent, qui ob perspirationem inhibitam corruptitur, & acrimonia sua non tantum cutim sed etiam subiectas partes corrodit. Ab *isidore* comedo, & *isidore* repo.

**ETHMOIDES**, est os cribiforme supra nasum internum, foraminibus (ad humores serosos & pituitosos, à processibus papillaribus accipendum) pulrimis perivium. Ab *isidore* cribrum, & *isidore* forma.

**EVACUATIO**, est vel *sanguinis*, quando nimis abundant, ut in plethora, in qua locum habet venæsectoria.

Vel *bumorum* vitiosorum in sanguine, & primis viis abundantium, quæ fit purgationibus & vomitorii.

EVAPORARE est solutionem humidam vel quamcunque humiditatem ad ignem disspellere, ut desideratum in fundo obtineamus. Germ. *Abrauchen*.

EUCHROA est color & nitor bonus. Ab *eu* bene, & *χρόας* color.

EUCHYLOS vocatur cibus qui laudabilem chylum suppeditat.

EUCHYMIA, est optima sanguinis temperie & constitutio. Ab *eu* bene, & *χυμός* succus.

EUCRASIA, est optima partium corporis temperies. Ab *eu* bene, & *κράσις* misceo.

EUECTICA, idem quod Gymnastica, sive Medicinæ pars, qua bonus habitus acquiritur. Ab *eu* bene, & *εξτικής* habitus.

EUELCOES, Laborans ex ulceribus, curatu facillimis. Ab *eu* bene, & *ελκός* ulcus.

EUEMES *εύμενος* qui facilis est ad vomitum, seu qui facilè vomitum sustinet.

EUEXIA, est optima, & sana habitudo. Ab *eu* bene, & *ἕξις* habitus.

EUGEOS est uterus, hic dicitur ob analogiam cum terra fertili: hoc nomine etiam hymen appellatur. Ab *eu* bene, & *γῆς* seu *γῆ* terra.

EUODES, suaveolens. Ab *eu* bene, & *εὐωδία* olfacio.

EUOSMA, idem quod *Euodes*.

EUPATHIA, est affectio, quæ facile fertur. Ex *eu* bene, & *πάθος* affectus.

EUPHORIA, idem quod Eupathia. Ab *εὐφορία* facile tollero.

EUPNOEA, est respiratio probè constituta sive naturalis. Ab *eu* bene, & *πνοή* spiro.

EUPORISTON est medicamentum facile parabile, seu quod facile apud omnes in promptu est.

EURYTHMUS, est pulsus naturalis, & optimus. Ex *eu* bene, & *εὐθύμος* modulus.

EUSAR-

EUSARCUS, bene carnosus. Ab *ιυ* bene, & *ευγέ* caro.

EUSEMA, est crisis optimè judicata. Ab *ιυ* bene, & *τιμων* signum.

EUSTOMACHUS, est bene constitutus stomachus, item cibus stomacho conveniens. Ab *ιυ* bene, & *μακρος* sinistrum ventrieuli orificium.

EUTHANASIA, est facilis & levis sine convulsionibus dolorificis mors. Ex *ιυ* bene, & *γεναντε* mors.

EUTHYPOROS est rectus incessus. Ab *ιυγη* rectus, & *ποείζω* incedo.

EUTHROPHIA, est recta corporis nutritio. Ab *ιυ* bene, & *τροφή* alimentum.

EUTONOS dicitur de iis, qui membra solida, quoad fibras potissimum, bene constituta habent.

EXACERBATIO, vide *Paxoxymus*.

EXALTATIO, seu *sublimatio*. Est operatio, qua res affectionibus mutata, ad altiorem substantiae & virtutis dignitatem perducitur; vel est subtiliatores sensim dissolvendo, in puriorum & majorem virtutis suæ gradum transponens, & fit circulatione, aut ablutione.

EXANASTOMOSIS, est oscularum, sive extremitatum vasorum apertio p. n. ab *ιξ*, & *αναστομόν* aperio, relaxo.

EXANTHEMA, est efflorescentia quædam super cutem capitis apparetis instar earum, quæ etiam in toto corpore apparent, à *Sennere* duplice describitur: unum est, quod colorem cutis saltem mutat, ut sit in febribus petechialibus; alterum, in quo tubercula quædam in cute erumpunt, quæ papillarum nomine venire possunt. Ab *Ιαγήν* effloresco. Germ. *Flecken*.

EXARTHREMA, idem quod Luxatio. Ab *Ιαγήν* ex artibus sum dimotus.

EXCEPTIO est incorporatio aut permixtio pulvrum siccorum cum humiditate quapiam; hoc pacto *elephas*.

**electuaria** conficiuntur, cum melle aut syrupo pulv-  
res & pulpæ excipiuntur: & pulveres pilularum cum  
syrupo, essentia, elixiri &c.

**EXCORIATIO** est cutis à subiectis partibus separatio.

**EXCORTICARE** est corticem auferre, ut nucleus vel  
medulla scorsum colligatur. Dicitur potissimum de  
seminibus 4. friuidis majoribus.

**EXCREMENTA** sunt, quicquid ab alimentis post co-  
ctionem separatum, è corpore est secernendum: ut  
saliva, sputum, mucus, lac, bilis, sudor, aurium for-  
des, alvi & vesicæ excrementa &c.

**EXCRESCENTIA** est carnis luxuriantis productio, è  
vitiosa humoris nutritii distributione proveniens. Hu-  
jusmodi exempla præbent unguis oculi, ficus &c.

**EXHALATIO** Chimicis idem est quod *evaporatio*.

**EXELCISMUS** est ossium à superficie in profunditatem deductio. Ab *εξέλκων* extraho.

**EXERCITATIO**, est motus corporis humani vehe-  
mens & voluntarius, cum anhelitu alterato, vel sani-  
tatis tuendæ, vel habitus boni comparandæ gratia  
factus.

**EXERCITIUM**, est motus, quo corpus sanitatis gra-  
tia exercetur & movetur: estque *triplex*. 1: quod tan-  
tam ab aliis fit, ut in equitatione, navigatione, & cur-  
ru. 2: partim ab aliis & semetipsis, ut in gladiatori-  
bus & luxatoribus. 3: à semetipsis tantum, ut in am-  
bulatione & pila: omnium optimè quod fit pila par-  
va, vulgo *pallethen*: *Exercitium* seu finis illius iterum  
triplex est; vel ad calorem vel ad sudorem; vel ad  
anhelitum, & hoc sufficit.

**EXOMPHALOS** est umbilici protuberantia, infantib-  
us frequens. Ab *εξ* ex, & ὄμφαλος umbilicus. Germ.  
das *Iustreten des Iabels*.

**EXOPHTHALMIA**, est oculi *exéra* naturalem situm  
protuberantia. Ab *εξ* ex, & ὄφθαλμος oculus.

**EXOSTOSIS**, est osium, extra situm naturalem  
protuberantia. Ab *εξ* ex, & οστός os.

**EXPIRATIO**, est thoracis alterna contractio, qua aër per asperam arteriam, unà cum vaporibus fuligineis ejicitur: causa consistit in muscularum thoracis & abdominis contractione.

**EXPLOSIO**, secundum Willisium est actio spirituum animalium p. n. qua hi ob admixtas particulas heterogeneas vitiosè rarefiunt: & e latere hoc suo fibras in irregulares motus agunt.

**EXPULSIO**, idem quod *vis Expultrix*.

**EXPULTRIX VIS** antiquis dicebatur illa actio seu facultas, qua excrementa excrenebantur, sed non necessè est ad cæcas vires confugere, cum sciamus, ea omnia à spiritibus animalibus fieri motu scilicet peristaltico, beneficio fibrarum motricium.

**EXSTASIS**, est judicii & imaginationis depravatio, maniacis & melancholicis familiaris. Ab *ex*, & *stasi* statuo.

**EXTASIS** idem quod *Exstasis*.

**EXTIRPATIO**, est partis propter sphacelum, cancrum &c, abscisio. Præstat, duorum, trium, plurimumve digitorum spatio ab articulo, excisionem fieri, nisi mortificatio se extenderit ad brachii aut femoris superiora, hic enim articulum ipsum eligere cogimur, certior est ablato in parte sana, majori licet cum dolore.

**EXTRACTIO**, est resolutio quâ corporis mixti partes subtiliores, à crassioribus segregantur: ex.gr. quando mediante spiritu vini vires ex quocunque medimento extrahuntur, ubi illud. quod post menstrui evaporationem relinquitur, vocatur extractum.

**EXTRACTUM** est purum, sincerum & efficax illud, quod à partibus minus efficacioribus, mediante liquore, segregatum est.

**EXULCERATIO** est solutio continui, à materia erodente originem trahens, in mollibus corporis partibus cum imminuta magnitudine. Differt ab abscessu, quod abscessus producit ut crisi. Exulceratio item est magna,

gna, parva, lata, brevis, angusta recta, transversa, sinuosa, æqualis, inæqualis, profunda &c. Germ. eine Geschwârzung.

## F.

**FACIES HIPPOCRATICA** dicitur, quando nares acutæ sunt, oculi concavi, tempora collapsa, auriculæ frigidæ & contractæ, auriumque lobi inversi, quin cutis, circa frontem dura, tum circumuenta & arida, color totius faciei pallidus, lividus, plumbeus aut nigér:

**FACULTAS** variè accipitur à Medicis. Iis, qui omnem in corpore actionem animi tanquam formâ immateriali deducunt, denotat actionem animæ particularem quam in hoc vel illo membro exercet. Hinc tot facultates, quod membra & actiones in corpore, constituerunt, quæ tamen ad tres aut quatuor generales & principes revocantur, nempe *naturalem*, *visitalem* & *genitalem*. His vero inserviunt ministræ *attrahtrix*, *recentrix*, *concoctrrix* & *expultrix*. Verum postquam clarius demonstratum est, formam illam immateriale corpus informantem nullam esse, sed totum hoc officium competere spiritibus, tanquam corpusculis subtilissimis, mobilissimis, à quibns actiones corporis omnes dependent; obscurò hoc facultatum vocabulo commode carere possumus. Nisi quis actiones ipsas hoc titulo insignire, quamvis haud convenienter, velit, ut hactenus factum est. Sic notissima est distinctio inter facultatem *naturalem* & *animalem*, quarum illa juxta Willisium à cerebello, seu spiritibus ibi generatis; hæc verò à cerebro dependet. Quamvis nec hoc effectui respondeat.

**FÆCES**, vide *Extrementa*.

**FALX** est duræ meningis duplicatio, falcem referens, infetius sinu tertio annexam, qua cerebrum in dextrum & sinistrum hemisphærium dividitur.

**FAMES** dicitur *naturalis*; qnæ est alimentorum appetitus quo animal à vellicatione nervi paris vagi & intercosta-

tercostalis in ventriculo, ab humore acri, per arterias cæliacas vel tunicam glandulosam delato, excitatum, cibum sibi ut ejus remedium appetit, & *præternaturalis*, quæ est vel depravata ut *Eica* & *Malacia*; vel *Canina*, *Bovina*, abolita &c.

**FAMES CANINA**, vide *Cynodes orexis*.

**FARCMINALIS TUNICA**, idem quod *Allantoides*.

**FASCIA**, *Fascicula Ciceroni*, *Anadesmus* quod *Herotianum*, πελαμις, παραλιέρη Thucydidi, λαμπάδιον *Suidæ*, ἀνάδεσμος επίδεσμος, απειρόνυξις, πελαμος σύδωνις *Polluci*. Estque, vinculum longum, & mediocriter latum, ad usus chirurgicos idoneum: Fasciæ sunt globulatae; longæ & æqualiter latæ; in orbem convolutæ: aliae scissæ, quæ uno quidem constant linteo, sed eo vel extremis partibus scisso: aliae assutæ, quæ ex fasciis & habenis in varia capita desinentibus, & varias fascias referentibus, constant. Longitudine etiam differunt, quod aliae sunt longiores, aliae breviores; ita & de latitudine se res habet. Germ. eine Windel.

**FASCIATIO**, est quædam fasciarum, circa membrum curandum, circumductio & convolutio.

**FASCICULUS**, vide *Manipulus*.

**FASCINUM** est incantationis quædam species, variorum morborum causa, tum in infantibus tum adultis.

**FASTIDIUM CIBI**, idem quod *Anorexia*.

**FAUCES & FRUMEN**, idem quod *Pharynx*.

**FAVUS**, vide in *Acbor*. Græcis οὐρα.

**FEBRIS**, est inordinatus sangvinis motus ejusque nimia effervescentia, cum frigore primo, deinde calore, siti, aliisque præterea symptomatis, quibus œconomia naturalis variè perturbatur. Febris in genere dividitur in intermittentem, continuam, continentem & Symptomaticam. Testatur *Scottus* in Magia sua sangvinem febrilem esse vermicularem. οὐρα, βεγκατος. Germ. das Fieber.

FEBRI-

FEBRIFUGUM est medicamentum febribus pellen-  
dis præprimis aptum. Potissimum dicitur de iis, quæ  
intermittentibus opponuntur e. g. China Chinæ. Germ.  
*ein Fieber-Mittel.*

FECULÆ sunt pulveres in certis radicum recenti-  
um succis expressis subsidentes. Ut fecula bryoniae,  
aronis &c.

FEL, vide *Bilis*.

FEMUR FEMEN, & μῆρα. Est superior pars pedis  
à natibus usque ad genu, à ferendo dicitur, eo quod  
animal ferat & sustineat, unico osse, sed maximo con-  
stat & longissimo totius corporis, cuius pars antica  
& externa magis gibba, interna & postica magissima.  
*Femen* volunt Grammatici posteriorem, catnosiorem  
que pulpam esse; *Femur* verò anteriorem & adverso  
homini propiorem. Germ. *Das dicke Bein über dem*  
*Knie.*

FERINUS Gr. θηρεύδης notat in Medicina idem,  
quod malignus seu mali moris & gravior morbus: e.  
g. tussis ferina.

FERMENTATIO est intestinus particularum, seu  
principiorum tam activorum quam passivorum cu-  
jusvis corporis motus, cum tendentia ad perfectio-  
nen, vel ad mutationem in aliud. Estque naturalis,  
quæ sua sponte concitatur ut in actionibus; vel arti-  
ficialis, quæ ope nostra, ut in cerevisia, vino, aliisque  
videre est. Refertur etiam ad corpus humanum &  
ejus liquores vitales, in quibus tum naturaliter fer-  
mentatio concipitur, à particulis volatilibus  $\text{\textcircled{F}}$ eis  
 $\Theta$ inis, aëreis producta, tum præternaturaliter ab he-  
terogeneis fermentativis particulis in sanguinem de-  
latis, excitata, ut in febribus, qua de re vid. Willis. tr.  
de ferm. Germ. *Jährung.*

FERMENTUM variè accipitur. Primo enim in ope-  
rationibus physico-mechanicis notat corpus tale, cu-  
jus particulæ jam tum in motu fermentativo sunt  
constitutæ, ut alii corpori admixtum, fermentatio-  
nem

nem in ipso excitare quoque possit. Exempla sunt fermentum panificum, flores cerevisiae &c. Deinde ad corpora animalium & hominis refertur, diciturque fermentum id, quod humores vitales in varium motum agere aptum est. Hujusmodi fermenta alia statuuntur naturalia eaque varia, quae in singulis visceribus habitare, sanguinem seorsim afficere & immutare creduntur; alia vero præternaturalia, quae corpori illata, vel in eo producta variis generis morbos excitare soleant. Hinc tot fermentorum morbosorum nomina, e. g. fermentum febrile, epilepticum, pestilentiale &c.

FERULÆ, sunt assulæ leves, quæ ad locorum ingenium materiam naœ fuerunt diversam, ex arborum nimirum corticibus, vel corticæ herbæ Ferulæ, unde nomen acceperunt; conficiuntur item ex ligno abietino, capsulis, papyro conglutinata vel corio, quæ ossibus fractis & luxatis, postquam restituta fuerint, adaptari solent. Germ. Schienen.

FIBRA AURIS, idem quod *Lobus Auris*.

FIBRÆ, in corporibus animalium sunt vascula tertia & tenuia: suntque musculosæ, vel nervosæ, quibus alii addunt membraceas: Fibræ nervosæ sunt, quæ à nervis proximè oriuntur, nullis valvulis dotantur, per quas ex nervis ad partes commodè spiritus fluunt: Musculosæ verò fibræ sanguinem ab arteriis recipiunt, seseque in venas exonerant, & valvulas plurimas habent. A situ dicuntur longæ, rotundæ, vel obliquæ. Stamina nonnulla arboribus foliisque intertexta fibrarum etiam nomine veniunt. Sic etiam filamenta radicibus adhærentia dicuntur. Græcis οὐσία, λοβίς.

FIBULA, Græcis ἀγκύλη. Fit & fibularum apud antiquos mentio. Si enim in carne, ut Celsus scribit, vulnus est, hiatque, neque, in unum facile oræ attrahuntur, sutura quidem aliena est, imponendæ verò fibulæ sunt, ἀγκύλες. Græci nominant, quæ oras pau-

Ium tantum contrahant, quo minus lata postea cicatrix sit. Et cum notissimus fuerit modus uniendi vulneris oras per fibulas, factum, ut fibularum nec materia nec forma satis ab antiquis descripta sit. *Guido* factas fuisse fibulas scripsit è ferreis quasi circulis aut semicirculis ab utraque parte recurvis, quorum hami labris vulneris utrinque infixi sibi ad amussim respondeant, veruna cum hoc modo infigere & infixos tenere ejusmodi hamos in carne sentiente & cuti nihil aliud fuisset, quam tot aculeos pungentes cum intolerabili dolore ibi servare: non est credibile, antiquos per fibulas tale instrumentum ferreum cuti infixum summos dolores excitans intelligere. Probabilior est *G. Fallopia* opinio, quæ docet esse futuram aëtualem cum acu, quæ hodie est frequentissima, qua ambo labia vulneris acu filum duplicatum trahente trajiciuntur, & super vulnus tribus involutionibus ambo fili capita colliguntur, & in nodum nectuntur. Sequentia scribit *Sanctorius*: de fibulis non est multa dicamus, cum earum usus fermè extinctus sit, & licet hæ ab antiquis non describantur, non ob id tamen quomodo his uti possimus tradere non desistunt, ut falso *Argenterius* arbitratur. Erat enim nota non tantum apud medicos earum forma, sed & apud quosdam veteres, quandoquidem in vulneribus fibulæ ex acia molli non nimis torta, ut & futuræ conficiebantur, ut *Corn. Celsus* scripsit. Siquidem Chirurgi illi ab uno latere vulneris semicirculum quendam ex acia, quem vulgo Afola, hi verò fibulam nuncupabant; deinde utrumque acia alligabant, tum ut labia illa attracta ob vulneris latitudinem magnitudinemque fortius alligarentur, tum ut sanies liberius percolari posset. Quibusdam *Acia*, *Sinculum*, *Ligatura*, *Collatio*, *Obligatio*, *Ligamentum*, *Devus* &c. vocantur, qui plura desiderat, adeat incomparabilem virum *J. Rhodium*, de Acia dissertantem.

**FIBULA** sive os tibiæ minus; *Celsus* sura: *Hippocratis* &

*tis & Galeni* temporibus usque ad *J. Pollucis* ætatem  
*nominabatur, à similitudine ferramentorum;* qui-  
**b**us trabes in ædificiis combinantur, etiam *Hippocrati*  
*aliquoties brachii radius.* Fibulæ in modum tibiæ  
*musculos conjungere videtur, est os posterius inter*  
*femur & tarsum, tibiæ tenuis, eique extrinsecus at-*  
*tensum, ut radius cubito.* Parte superiore caput ejus  
*rotundum, genu non attingit, sed infra subsistit: at*  
*parte inferiore, intra tibiam pergit, ideoque æque lon-*  
*gum os est atque tibia in medio ab invicem dehiscunt*  
*tibia & fibula, ob musculos pedis ibi locatos, quo in-*  
*tervallo ligamentum tenue & latum, secundum lon-*  
*gitudinem hæc ossa jungit.* Committitur etiam tibiæ  
*ligamento communi superius & inferius.* Inferius ca-  
*put in acutum tendens, appendicem habet, quæ cras-*  
*sescens, gignit processum, dictum *malleolum externum*,*  
*protuberantem illum locum externum, excarne in ad*  
*pedem; interno humiliorem.*

**FICUS**, sunt excrescentiæ p. n. circa anum alias  
*que partes, similitudinem ficuum habentes. Si thyri*  
*multum excrescant, ficus seu sycoses appellantur.*  
*Germ. Feig-Wargen.*

**FIGENTIA** sunt medicamenta, quæ particulas vo-  
*latiles in corpore abundantes deprimunt & immutant,*  
*qualia e. g. sunt acida. it. opiate. Nonnunquam eti-*  
*am sumuntur pro præcipitantibus.*

**FILTRATIO** est liquoris alicujus per pannum lane-  
*um vel chartam emporeticam colatio.*

**FILTRUM** est pannus laneus vel charta bibula, per  
*quam liquores percolantur ad clarificandum: ut fit*  
*per manicam Hippocratis.*

**FISSURA OSSIS**, est fractura, quæ per longitudi-  
*nem tendit.*

**FISTULA**, sinus est angustus & longus, seu ulcus si-  
*nuosum, angustum & callosum, quod non facile cu-*  
*ratur, & plerumque ex abscessu ortum habet. Fistulae*  
*à sinuoso ulcere in eo differunt; quod fistulae cal-*  
*losæ*

Iosæ & duræ sunt, non item ulcus, Græcis ὄγκης.  
Germ. ein Fistel.

**FISTULA LACHRYMALIS**, fit, cum ex ulcere carunculæ, oculi punctum lachrymale occalluerit, unde continuus lachrymatum effluxus.

**FISTULA PULMONIS** idem, quod *a p̄era arteria*.

**FISTULA SACRA** est spinæ pars perforata, quam Græci ισχία ὄγκης vocant.

**FISTULA URINARIA** idem quod *urethra*.

**FIXA** vocatur à Chimicis ea, quæ ignis violentiam citra consumtionem ferre queunt, nec ab aëre, dissipantur. Opponuntur *folatilibus*, quæ tum ab aëre, tum igne facile moventur & dissipantur. *Fixari* dicuntur corpora, quæ ita condensantur, ut non amplius vel ab aëre vel igne consumantur e. g.  $\ominus$ ia volatilia additione acidorum ut  $\sim \ominus$ is &c.

**FLATUS** sunt effervescentiæ p. n. in corpore excitatae, & à ventis foris immisis vel cibis flatuosis, aut bile aut succo pancreatico p. n acido, simul commixtis, unde Bombi & Borborygmi excitantur. Germ. *Windē*.

**FLOCCOS legere** dicitur de iis, qui morbis acutis laborantes, ob convulsiones imminentes lecti superficiem saepius contrectant, quasi floccos exinde legere velint. Malum ut plurimum præbere solet omen.

**FLORES CHYMICI**, subtiliores, corporis partes sunt, per sublimationem à partibus crassioribus sub formâ sicca separatae.

**FLUOR ALBUS**, sive *fluor uterinus*, est humorum corruptorum, ex uterò vel lacunis, copiosa & continua evacuatio. Germ. *der weiße Fluss* græc. *εύρυτος*.

**FLUOR MULIEBRIS**, vide *fluor albus*.

**FLUOR UTERINUS**, vide *fluor albus*.

**FLUXIO** idem quod *Catarrus*.

**FLUXUS CHYLOSUS**, idem quod *cœliaca passio*.

**FLUXUS HEPATICUS**, est species *Dysenteriæ*, qua fangvis

sangvis niger & splendens ac diutior in intestina per anum exturbatur. Aliquando sumitur pro dysenteria, qua sangvis serosus & acris excernitur.

FOCILE MAJUS est ulna cubiti vel tibia pedis. *Focile minus*, est cubiti radius vel pedis fibula.

FOCUS Medicis denotat subjectum morbi remotius seu subjectum causae, quod ipsum non affici videtur, aliam tamen partem per consensum turbat, e.g. quando caput dolet cuius causa in ventriculo haeret, vel sanguinis massa febri afficitur, cuius causa in primis viis latitat.

FODINA, est minor labyrinthus in aurium osse.

FOECULA, vid. *Fecula*.

FOETOR ORIS, est putredo circa dentes & gingivas : aliquando oritur ex pulmonibus & sanguine phthisico vel scorbutico.

FOLLICULUS FELLIS, est vesicula, quæ hepatis concavo annectitur, in quam bilis colligitur, quæ suo tempore per ductum choledochum, in intestinum duodenum exantlatur. Græcis κύστης χοληδόχος. Germ. das Gallen-Bläflein.

FOMENTUM *Celso*, Fomentatio *Ulp.* fatus *Plin.* quod corpori admotum ipsum fovet & calefacit θέρμασμα estque duplex, & aridum & humidum : illud πυεία, πυεῖος *Diosc.* & πυείαμα: quod in forma facculi calefacti vel linteis tantum calefactis adhibetur. Hoc παπύτλινα *Diosc.* & παπύτλινος dicitur, quod effuso humore adhibetur: estque liquor aut decoctum variis partibus, beneficio lintei, filtri, spongiæ, vel vesicæ, fovendi causa applicandum.

FONTANELLÆ, sunt ulcuscula, arte chirurgica, in sanguinis corporis partibus excitata, ut per ea humores superflui & corrupti evacuentur, vel morbi curentur, etiam anticipentur: Fontanellæ excitantur cauterio actualli vel potentiali, lanceola & forcipe: in Fonticulis excitandis notandum est, semper locum inter duos musculos eligendum esse. G. *Fontanellen*.

FONTICULI, idem quod *Fontanella*.

FORCEPS est instrumentum, quo partes demortuæ & corruptæ, item res præter & contra naturam apprehenduntur, absinduntur, vel evelluntur. Forcipes sunt figura varia, ut longæ, curvæ, dentatae, rostratae, semilunares, speculum oris. matricis &c. quæ pro diversa figura diversum usum obtinent.

FORFEX, est instrumentum evellendis dentibus aptum. Vocatur item *odontagra*, ὀδονταγρά. Erasist. *Dentiducum*, *Dentarpaga* Vattroni.

FORMULA, est præscriptum medicum, quod à Medicis præscribitur, & à pharmacopæis in ægrorum emolumentum præparatur Vulgo *Receptum*. Germ. ein Recept.

FORNIX est substantia cerebri collosa nomen fortis, quod ædificata testudinis instar, ita & sinus ventriculorum, ac molem deorsum inclinantis cerebri sustinere videtur. Subnixa est cruribus tribus, quorum duo posterius, versus cerebri basin deorsum porrigitur, & spinalis medullæ radicem, juxta latera complexa, singulari subjecta prominentia, recurvoque vult vallo, sinum inferiorem ventriculorum anteriorum utrinque designant. Græcis καμάρης, φαλακρόν, Galeno.

FOSSA Anatomicis dicitur rima magna pudendi muliebris.

FOSILIA sunt mineralia, quæ ex terræ visceribus fodiendo eruuntur.

FOTUS, idem quod *Fomentum*.

FOVEA cordis, idem quod *Anticardium*.

FRACIDUS ODOR est exhalatio putrida & fœtens.

FRACTURA ossis, est continui in duris corporis partibus, solutio, quæ ab externo, & duro instrumento vi partem frangens, afficitur, cuius differentiae à forma, parte, & accidentibus defumuntur. Germ. ein Beinsbruch.

FRÆNULUM, est ligamentum membranaceum sub lingua:

lingua : hoc in recens natis quandoque totam linguam inferius occupat; ut divelli obstetricis ungue [quod tamen non admittendum] aut chirurgi scalpello soleat.

**FRÆNULUM**, seu *Frenum penis*, est membrana, quæ praeputium glandi alligatur.

**FRIGIDI** vocantur impotentes qui ad generandum inhabiles sunt.

**FRONS**, graecis *πρώτη*, est superior faciei pars, quibusdam à ferendo dicitur, quia præ se fert animae signa. Germ. die Stirn/ Bordertheil des Haupt's.

**FRONTALE** est medicamentum externum, quod frequenter, ad capitis dolorem & fervorem, fronti applicatur. Constat ut plurimum ex herbis, floribus, seminibus, farinis, aceto rosaceo madefactis.

**FULMINATIO** est explosio impetuosa pulveris pyrii, pulv. fulminantis, qui ex nitro,  $\text{Fe}$  &  $\Theta$   $\text{Si}$  constat, vel auri fulminantis, ubi sonus fulminis quasi æmulus observatur. Dicitur etiam nonnullis coruscatio ea, quæ in metallis jam depuratis conspicitur v. gr. in excoctione argenti, Germ. dicunt *wenn das Silber blickt*; hinc *Silber-Silber*.

**FUMIGATIO** chimica, est erosio metalli, per fumum vel vaporem.

**FUNCTIONE**, idem quod *actio*.

**FUNDA GALENI**, est fascia, in quatuor partes, divisiva, in affectionibus maxillæ inferioris utilis.

**FUNDUS** dicitur Anatomicis inferior pars visceris alicujus, quæ capacior fere existit e. g. fundus ventriculi, uteri.

**FUNGUS**, est caro mollis & spongiosa, quæ vulneribus p. n. superincrescit. Germ. *Wildfleisch*.

**FUNICULUS**, **INTESTINULUM**, *laqueus*, seu ductus umbilicalis, est canalis, seu ductus membranaceus in foetibus ab umbilico in placentam uterinam usque porrectus; continet arterias duas, venam unam, & uachum, Germ. die *Mabelschnur*.

FURCALE. OS; idem quod *fureula*.

FURCULA SUPERIOR, dicitur os sterni superius, alii etiam jugulum vocant; ita etiam claviculae os appellatur.

FURCELLA, idem quod *Fureula*.

FURFURATIO, græcis *μυρείας*, latinis etiam porrigo; affectus est cum scalpentibus furfuribus similia ex capitis cute decidunt. & quidem plerumque cute ea, quæ sub capillis est, item è bærba & superciliis.

FURNUS, est locus, in quo ignis ad materiam chymice tractandam, dextrè & convenienter accommodatur: estque apertus vel tectus. De furnis consule autores; Germ. *ein Chymischer Ofen*.

FUROR, idem quod *Mania*.

FUROR UTERINUS, est turpe & grave symptoma, quod virgines, præcipue viro maturas, interdum tamen & viduas ac alias virgines veneris expertes infestare solet. Fœminæ hoc morbo correptæ, pudore & verecundia omni abjecta & nulla honestatis ratione habita, lascivis & obscenis sermonibus delectantur, venerem avide & futiliosè quasi expetunt, & ad eam viros invitant, iisque se prostituunt, omniaque audent, quæ ad explendam venerem facere possunt. Causa videtur consistere in succo seminali, qui ad summum maturitatis gradum evectus, virgines in furorem agit: exemplum illud in brutis animalibus quotannis occurrit, ut in felibus, tauris, dannis & cervis. Est quidem & aliis affectus huic cognatus, quem *uteri* vel *matricis ferborum* antiqui appellantur, quando nimis universa uteri substantia & totum ejus corpus incalescit, cum dolore & lumborum gravitate *borripilatione*, fastidio & urinæ ac excrementorum alvi suppressione; & fœmina coitum vehementer appetit, sed ob dolorem venere uti pertimescit.

FURUNCULUS, est tuberculum acutum ovi colubini magnitudine cum inflammatione, & dolore; maximeque ubi jam in pus vergit. Qui ubi apertus est, &

est, & exiit pus, subter apparet pars carnis in pus versa, corrupta subalbida, subruba; quem ventriculum quidam furunculi nominant. In eo nullum periculum est, etiamsi nullā curatio adhibeatur: maturescit enim per se, atque erumpit. Sed dolor efficit, ut potior medicina adhibeatur, quae maturius liberaet. Græcis *σφιλος*.

FUSIO<sub>s</sub> est liquatio per calorem. Dicitur potissimum de metallis, quando vel per se vel additis salibus fusoriis, Θε , borrace, velle vitri &c. ignis fortioris ope, ex statu soliditatis in liquidum seu fluidum transferuntur. Hinc ignus iste gradus dici solet *fusorius*.

## G.

**GALACTOPHORI**, sunt ductus lactiferi, chylum (ut quidam neotericorum finixerunt, ab intestinis recta via ad glandulas mammarias ducentes: rectius tamen hoc nomen arteriis imponitur, ex eo, quod una cum cruce chylum mammis advehunt, in quibus lac, ad fetus usum sequestratur. Ex *γαλακτωρ*, & *φέρω* porto; duco.

- **GALACTOPOLETICE FACULTAS**, Græc. *δύναμις γαλακτοπολητικής*, nihil aliud est, quam aptitudo ad sequestrandum lac. De lactis sequestratione vide in *Lac.*

- **GALAXIA** nonnullis medicis notat viam Chyli ex intestinis ad cor, nempe per venas lacteas & ductum Thoracium. Vid *Charleton in econ. anim.*

- **GALBANETUM** vocabulum est Paracelsicum, denotat balsamum vel unguentum balsamicum, in nervorum & ligamentorum affectibus perquam utile. Ex Galbano ut plurimum confici solet additis aliis.

**GALENICA MEDICINA**, est quæ nititur fundamentis *Galeni*, ideoque *Galenici* sunt, qui artis suæ fundamenta e *Galeno* potissimum deponunt.

- **GALEA** est dolor capitis, sic à loci similitudine dictus, quod totum caput in modum Galeæ comprehendat.

GALEA etiam dicitur, quando caput fetus in lucem prodeuntis cum parte membranæ Amneos circumvestitur, cum Galea vulgo, *ein Helm* dicitur prodiisse.

GALLICUS MORBUS vid. lues Venerea.

GALREDA seu *Gelatina*, succus est inspissatus, viscosus lucidus, fitque plerumque ex coctis partibus animalium cartilaginosis, v. g. ex pedibus vituli. Germ. Galrede.

GANGLION, est tumor p. n. in partibus tendinosis & nervosis, à casu, iētu, vel alias excitatus, renitens, in latera pressus non divertitur, nec in orbem circumagit. Germ. *ein Ufer-Bein*.

GANGRÆNA, est cadaverosa alicujus partis corruptela, cum fætoris, nigredinis & mortificationis initio, conjuncta. A γέαν comedo Germ. der Brand / falsche Brand.

GARGAREON, vide Cion. A γαργαλίω os colluo.

GARGARISMA, G. *ein Gurgel-Wasser* / est medicamentum liquidum, fauces & adjacentes partes, gargarizando, sine deglutione colluens. Estque *vel* decoctum, in quo syrapi convenientes soluti, *vel* aquæ destillatae, quibus syrapi admixti, quandoque & spiritus minerales adduntur. A γαργαλίω os colluo.

GAS, terminus Helmontianus, denotat in genere spiritum seu vaporem subtilem non coagulabilem nec coercibilem v. g. qualis è musto vel cerevisia fermentante aliisque prodit.

GASTROCNEMIUM, est fura, sive pars tibiæ posterior, unde ejus musculi à tumore ventriculi, *Gastrocnemii* dicti sunt. A γαστή venter, & τιβία tibia.

GASTROCNEMII MUSCULI, vide *Gastrocnemium*.

GASTROEPIPLOICA, est vena & arteria, quæ ad ventriculum & omentum porriguntur. Ex γαστή venter, ἐπίπλοος omentum.

GASTRORHAPHIA, est connexio, sive futura in vulneribus abdominis. Ex γαστή venter, & περι.

GAU-

GAUDIUM est lætitia ex judicio boni acquisiti, vel acquirendi.

GELATINA, ferè idem est cum *Galreda*, nisi quod generalius usurpetur, & pro quoque succo pellucido, lento, glutinosoque sumatur, qui tamen in primis fieri consuevit ex succis fructuum e. gr. pomorum &c. ut gelatina cydoniorum. C. C. Arabibus Rob. Robub.

GENA, *mala*, μῆλος, φαρετὰ μῆλοι Hippocrati: est faciei pars è naso ad aures. Item, mentum & maxilla, quæ est vel superior vel inferior. Germ. die Wangen.

GENERATIO est actio naturalis, qua ex semine conveniente, animal sibi simile, secundum speciem, procreat. Omnis enim generatio fit ex semine, in quo novus fœtus iam tum delitescit. In generatione primum conspicimus punctum sanguineum, quod vesicula circumvestitur, deinde corculum, à quo venæ & arteriæ emittuntur, ad cujus extrema viscera conspicuntur, postea totus formatur fœtus & membranis circumtenditur. Ante generationem semen masculinum in uterus immissum, ejus poros subit & preparat, postea substantiam mucilaginosam exudat, albumini similem, quæ ovum ex testibus & tubis comprehendit; ex aura enim seminali ova muliebria fœcundantur; à testibus emittuntur & à tubis Fallopianis recipiuntur atque ita in uterus provolvuntur.

GENIOGLOSSUM, est pars muscularum interius à mento sub geniohyoide pari proveniens, quod in basin ossis hyoidis defigitur. A πίνας mentum, & γλῶττα lingua.

GENIOHYOIDES sunt musculi à menti interna & humiliore sede, ad basin ossis hyoidis extensi. Ex πίνας mentum, οὐλάρος os hyoides, & ίδη forma.

GENITALIS dicitur de iis, quæ ad generationem quovis modo pertinent e. g. partes genitales in utro-  
que

que sexu, quæ generationem perficiunt. *Genitalis humor* i. e. semen vel semini analogus liquor &c.

**GENITURA** idem notat quod semen vel materia seminalis, præsertim masculorum.

**GENU** est femoris & tibiæ dearticulatio & artificiosissima connexio, in qua sinus est quidam prominens, alterius caput excipiens, quod anteriori parte, quo firmius fieret, *rotula* sive *patella* munita natura. Germ. das Knie.

**GEROCOMIA**, est pars Hygieinæ, ad senum vivendi rationem pertinens. Ex *zīgos* senex, & *zōmēs* curram gero.

**GESTATIO** Medicis notat mansionem concepti fœtus in utero usque ad legitimum exclusionis tempus.

**GILLA** Chymicis denotat  $\Theta$   $\oplus$  vomitorium.

**GINGIPEDIUM**, idem quod *scorbutus*.

**GINGIVA**, græcis *λεπίς* & *τηγών*, est caro dura & spuria, dentes instar valli cingens & in edentulis non-nihil etiam ad ciborum contritionem faciens; quæ vel exesa, relaxata, vel nimis exiccatâ, dentes vacillant vel excidunt. Germ. das Zahnfleisch.

**GINGLYMUS**, est conjunctio osium, qua unius ossis caput, in sinus alterius reconditur vicissimque hujus caput in illius cavitatem excipitur. A γυγλύμα per ginglymum jingo.

**GLACIALIS HUMOR**, vide *Humores oculi*.

**GLANDULA** est substantia sui generis alba seu grisea & friabilis. Estque secundum *Warbonum* duplex, *adventitia*, ut struma, scrophula, Bronchocele &c. vel *perpetua* & *naturalis* ut thymus, pancreas, conarium &c. Perpetua iterum, duplex est, *conglobata*, quæ humorem fequestratum per vasa lymphatica ad cor iterum ablegat, ut glandula pituitaria pinealis, mesenterii, ingvinales &c. & *conglomerata*, quæ succum secretum per proprios ductus in cavitates notabiles deponit, ut *pancreas*, *glandule mammaria*, *salivales* &c.

GLAN-

**GLANDULA GUIDONIS**, est tumor glandi similis, mollis, solus, mobilis, sine radicibus, & à circumjacentis partibus, separatus; maximè in emunctoriis & juncturis proveniens. *Avicenne* glandula videtur esse Ganglion.

**GLANDULA PINEALIS**, vide *Conarium*.

**GLANDULA PITUITARIA** est corpusculum in sella equina constitutum, in plerisque brutis, non item in homine, reti mirabili investitum; superius ab infundibulo nec non ex retemirabili humorem serosum suscepit quem in venas jugulares vel vasa lymphatica amandat.

**GLANDULOSUM CORPUS**, idem quod *Prostata*.

**GLANDULOSA TUNICA** est quinta tunica gulæ, ventriculi & intestinorum superficiem interiorem investiens, ex glandulis minutissimis plurimis composita, quæ humorem lymphaticum separant & in primas vias effundunt. Describitur latius à *Willie. Pharm.* Rat. p. I. Sat. I.

**GLANS**, idem quod *Balanus & Suppositorium*.

**GLAUCOMA**, est oculi vitium, sive transmutatio crystallini humoris in glaucum. A γλαυκός cæsius.

**GLAUCOSIS**, idem quod *Glaucoma*.

**GLENE**, idem quod pupilla. Item cavitas ossis, quæ aliud os in sinum suum recipit.

**GLENOIDES** sunt duæ cavitates, in inferiore parte vertebræ primæ colli. Ex γλάνη pupilla, & *idem* forma.

**GLISCHROS** γλιγχρός viscosus, glutinosus, dicitur potissimum de succo nutritio corporis nostri, seu fero.

**GLOBULUS NASI**, est nasi inferior pars Cartilaginea & mobilis.

**GLOSSOCOMIUM**, est instrumentum Chirurgicum, fractis membris accommodatum, à figura arcuæ mercatorum dictum, quod olim à tergo gerebatur. Ex γλωσσα vinculi genus, & κομιζει curam gero, porto.

GIOT.

**GLOTTIS**, subjectum vocis formandæ, est Laryngis rimula, quæ ab Epiglottide tegitur. A γλωττα lingua.

**GLUTEN**, est humor *Abicenne* secundarius dictus; & dicitur cum roridus ille humor partibus unitur agglutinatur. Erant quatuor, humor innominatus; Ros; Gluten, & cambium, verm illa nomina nunc temporis evanuerunt.

**GLUTÆI**, sunt musculi sex, quibus nates moverunt; in utroque latere tres. A γλυται nates.

**GLUTIA** sunt prominentiae duæ cerebri, nates dictæ: A γλυται nates.

**GLUTOS**, est natis, clunis: item Trochanter sive rotator ossis femoris major.

**GOMPHOMA**, idem quod *Gomphosis*.

**GOMPHOS**, est quando oculi pupilla pelliculas utræ excedens clavum refert. Item osium conjunctio clavorum instar. A γομφων clavum impingo.

**GOMPHOSIS** sive conclave est, quando os ossi infigitur instar clavi, ut in dentibus videre licet. A γομφων clavum impingo.

**GONOGRÀ** est species arthritidis, quando causa hæret circa genua. A Paracelso barbarè dicitur *Genugra*.

**GONGRONA** denotat vel generaliter omnem tumorem durum rotundum in partibus nervosis; vel speciatim strumam seu bronchocelen. A γέργες tumor fungosus in arboribus.

**GONORRHOEA** est nimia seminis profusio: estque simplex, in qua semen crudum, tenuem, & album emititur, idque potius ex prostatis quam vesiculis seminariis: vel *hirulenta*, in qua virus quoddam liquidum corruptum, vel flavescentis excernitur. Ex γενitura, & πει fluo.

**GORGONICUS** dicitur à quibusdam Medicis spiritus ille, qui tum in tota rerum natura, tum in corporibus animalium, humores certos coagulat & in lapides

des commutat. Dicitur alias *lapidificus*. Sed frustra spiritus iste concipitur, cum sola particularum congruentia in loco quieto concretionem lapideam efficer possit.

**GRAMMA**, idem quod *Scrupulus*.

**GRANDO** vide *Chalaza*.

**GRANULATIO** dicitur de metallis, quando in granula funduntur varias ob causas.

**GRANUM** Græcis, ~~αράχης~~, minimum pondus est, quo utimur. Ejus loco sumuntur aliquando grana piperis albi. Viginti scrupulum constituunt. Germ. ein Gran.

**GRAPHOIDES**, est processus styliformis, circa craniī basin ad posteriora vergens. Ex *χαρφίσ* stylus, & *εἶδος* forma.

**GRAVATIVUS** est doloris species, quando ponderis prementis vel gravantis sensus percipitur v. gr. in scirro hepatis, lienis &c.

**GRAVEDO**, idem quod *Coriza*.

**GROSSUS** est vox, barbara medicis non nullis usitata denotans idem quod crassus.

**GRUMUS** est corporis liquidi antea, nunc verò concreti frustum, e. g. lactis & sanguinis; de his enim potissimum dicitur.

**GRUMESCENTIA** est liquorum in grumos concretio, quæ variis à causis producitur. Frequenter oritur ab acido, quamvis etiam sanguis à spiritu vini grumescat.

**GUMMI** est liquor glutinosus ex arboribus & fructibus exstillans, hinc concrescens. Proprie illud hoc nomine venit, quod in aqua solvit ut *Arabicum*, *cerasorum* &c., quæ verò partim in aqua, partim in spiritu vini solvuntur, *gummi resina*; quæ in spiritu vini & olio solum, *resina* vocantur.

**GULA**, vide *Pharynx*.

**GUMMA GALLICUM**, est tumor seu tuberculum durius perioctio adhærens in lue venerea.

GUR-

**GURGULIO**, idem quod *Cion*.

**GUSTUS** est sensus, quo beneficio papillarum nervarum in lingua, & uero linguae & palato, inferto, sapores percipiuntur.

**GUTTA ROSACEA** est rubedo maculosa, seu potius rubor cum tuberculis, quibus malæ, nasus & facies defædatur, ac si guttis roseis conspersa esset. Sumunt ista tubercula interdum incrementum, unde facies inæqualis & horrida evadit, & nasus valde augetur. Germ. *Finnen*; der Kupfferhandel im Gesicht.

**GUTTURIS OS**, idem quod *Hyoides os*.

**GYMNASTICA**, idem quod Euestica. A γυμναστική exerceo.

**GYNÆCIA**, Græcis γυναικεία; sunt in genere affectus mulierum; sed strictius apud Hippotem promenibus sumuntur. A γυναικίς fæminam ago.

**GYNÆCOMASTUM** est mammarum p. n. auctio. Ex γυνὴ mulier & μαστός mamma, à μαστοῦ quæro, quia infantes lactis gratia mammas quætunt.

**GYNÆCOMYSTAX**, est Barbula pilosa in superiore pudendi muliebris parte; ex hac quidam de tempore ramento uteri & testiculorum judicium ferunt. Ex γυναικὶ fæmina & μύσταξ barba.

## H

**HABITUS** idem quod *Hexū*.

**HÆMA** ζίμη vid. sangvis.

**HÆMALOPS** αἷμα λαψίς est cruenta suffusio in oculis ex plaga, iictu &c. orta. Dicitur alias αἷμα στόμα sangvis in oculo.

**HÆMATOSIS**, sive *sangvificatio* est chyli albican-  
tis in sanguinem ceu liquorem rubicundum trans-  
mutatio, quæ maximè à fermentatione dissolutione  
& unione particularum sc. spirituum, sulphuris, &  
salis dependet; præsertim ab inspiratione nitri aërei,  
à quo in pulmonibus crudr sulphureus effervesceit &  
accenditur. Sangvificatio sit in omnibus partibus  
cor-

corporis, in peculiari parte, ut corde, hepate vel lie-  
ne. Ab ~~animis~~ sanguifico.

**HÆMODIA**, est dolorifica dentium sensatio, quæ  
oritur quando particulae acidæ vel austerae dentium  
porulos penetrant, unde nervi dentibus inserti velli-  
cantur, corrugantur & dolore afficiuntur. Ex ~~animis~~  
sanguis; antiqui enim sanguinem in causa esse affir-  
mabant; Ex ~~animis~~ dens. Vulgo *dentium sifpor*.

**HÆMOPHOBUS** est, qui sanguinis missionem timet.  
Ex ~~animis~~ sanguis, & ~~animis~~ timeo.

**HÆMOPTYSIS**, est sanguinis per sputa e pulmoni-  
bus rejectio, quæ fit exudatione ex laryngis glandu-  
lis, quibus tunica intus vestitur; cum nempe arteri-  
arum oscula relaxata fuerint: vel ex ruptis magnis  
vasis: vel ex ipsis vesiculis pulmonariis. Ex ~~animis~~  
sanguis, & ~~animis~~ spuo. Germ. das Blutspehen.

**HÆMORRHAGIA**, est p. n. sanguinis per nares, os,  
aut oculos, uterus &c. fluxus. Ex ~~animis~~ sanguis, &  
~~animis~~ rumpo. Germ. das Bluten.

**HÆMORRHOIS**, est ramus venæ portæ, ad intesti-  
num rectum & anum porrectus. Ex ~~animis~~ sanguis, &  
~~animis~~ fluo. Quia verò nonnunquam sanguinis fluxio-  
nes ex ano contingunt, quæ communiter his venis  
referatis adscribuntur, hinc fit, ut hæ dictæ fluxio-  
nes *hemorrhoidum fluentium* nomine veniant. E con-  
trario verò, quando non tam fluxus sanguinis quam  
tubercula, unum, vel plura, in ano conspicuntur,  
cum rubore & dolore, præprimis inter egerendum  
scybala, id *hemorrhoides cæcas* appellant. Germ. die  
gulden Uder.

**HÆREDITARIUS MORBUS** est morbus connatus,  
seu qui ex parentibus unâ cum generationis princi-  
piis in liberos traducitur. Tales sunt phthisis, ar-  
thritis, calculus &c.

**HALO**, est area rubra utriusque papillæ in mammis  
circumfusa. *Halos* quoque dicitur gr. ~~λαντ~~.

**AMM** cum medicamenti dosis unica vice propina-  
tur. L HAMU-

**HAMULUS** est instrumentum anatomicum & chirurgicum, quo aliquid apprehenditur aut elevatur.

**HARMONIA** est ossium per simplicem lineam coniunctio, ut in osibus nasi, & palati conspicere licet. Ab ἁρμόνιον congruo, adaptō.

**HAUSTUS** sive *potio* est liquida medicamenti interni forma, in unicam dosin, ex variorum cum idoneo liquore, decoctione, infusione, aut dissolutione, ad purgandum, alterandum, vel fudandum &c. composita.

**HECTICA** est febris continua, lenta cum calore occulto & vix sensibili nisi quod aliquot horas à pastu intendatur, macie totius corporis &c. Oritur à dyscrasia sanguinis acido acri & lymphæ viscositate nimia. Sequitur utpl. corruptiones & ulcera viscerum internorum, aliquando tamen etiam chylificationem læsam. Ab ἑκτίᾳ habitus, quia in habitu corporis adeo fixa est, ut omnes partes tententur & emacientur. Germ. *Abzehrend*, *Schwindfichtig* Fieber.

**HEDYSMA**, est illud, quod svavem gratumque medicamentis odorem conciliat. Ab ἡδύς svavis, jucundus.

**HEGEMONICÆ**, sunt actiones principales in corpore humano, ut sunt actiones animales & vitales. Ab ἡγεμονίᾳ imperium habeo.

**HELCOS** ἥλκος ulcus, denotat solutionem continui in partibus carnosis & mollibus factam. Germ. ein Geschwür.

**HEELCOSIS** ἥλκωσις, ἥλκωμα exultatio.

**HELCYSTER** est uncus ferreus foeti extrahendo, dicatus.

**HELCYDRIA**, sunt ulcuscula quædam parva, densa & rubra in capitibus cute apparentia papillis mammillarum similia, à quibus ichor defluit. Ab ἥλκος ulcerō.

**HELTICA** vide *Attrabentia*.

**HELIOSIS** est insolatio sive apricatio. Ab ἥλιος sol.

**HELIX**,

**HELIX**, est exterior auris crepido sic ob tortuosum flexum nuncupata. Interior *scapha* dicitur. ἡλίξ  
Rufo οὐρανίᾳ Poll. At *Scapha* αἰσθέτικός *Rufa*, σκάφη  
Polluci. Ab ἡλίῳ in volvo.

**HELLEBORISMUS** est purgatio facta per helleborum.

**HELMINTHES**, vid. Vermes, Lumbrici.

**HELODES** est febris sudatoria, qua aegri nimio sudore perfunduntur, nec tamen inde levamen percipiunt.

**HELOS**, sive *clavus* *pedis*, est tuberculum rotundum, album, callosum, clavorum caput referens, & pedis cuti præduræ radicibus infixum. Ab ἡλίῳ clavum figo. *Græcis* ἡλίῳ *Latinis*, *clavus*. Germ. *eit Hünern*: Elster: Hufe: Reichborn.

**HELOSIS**, est inversio palpebrae reflexa. Ab ἡλίῳ everta.

**HEMERALOPIA** sive acies nocturna, est vitium visus eorum, qui noctu melius quam interdiu vident. Ex ἡμέραι die, & ἡμέραι oculus. Germ. *Räthen*: *Augen*.

**HEMICRANIA**, est capitis dolor, alterutram cerebri partem obsidens. Ex ἡμι semis, & ἡμι calvaria.

**HEMINA ITALICA** est dimidius sextarius Atticus, & pendet uncias mensurales novem: tantundem pendet Cotyla Attica, Cotyla Italica est libra mensuralis, seu duodecim unciae.

**HEMIPAGIA**, idem quod *Hemicrania*.

**HEMIPLEGIA**, est paralysis unius lateris infra caput, proveniens ab obstructione in alterutra medullæ spinalis parte; unde nullus spirituum animalium fluxioni aditus patescit. Ex ἡμι & πλάγια percudio.

**HEMIPLEXIA**, idem quod *Hemiplegia*.

**HEMITRITÆUS** est morbus, quem semitertianam quamvis barbarè, vocant. Hæc an peculiarem febrium speciem constitutat, autores inter se certant. Veteres affirmant, in primis *Spigelius*, qui integrum de ea librum conscripsit recentiores vero omnes recte negant,

negant, & ad febres continuas, & saepius malignas, referunt.

**HEPAR**, jecur est organum sive viscus, in imo ventre, sub diaphragmatis latere dextro situm, ejus crassities & magnitudo in homine insignis est; membra na cingitur tenui, à peritoneo orta; Connectitur per tria ligamenta valida; 1. abdomini per venam umbilicalem; 2. superius diaphragmati, per ligamentum latum membranosum & tenue, à parte dextra. 3. superius etiam diaphragmati, à sinistra per ligamentum teres & validissimum; Dividitur in partem simam, cui vesicula fellis, & ductus hepaticus adhaerescit. Color ejus rubicundus est. Hepatis substantiam ex plurimis membranis & acinis sive glandulis, constare Malgiphius demonstravit & ex frequentibus experimentis compertum satis est. In eo sanguis linearis per venam portæ vectus cum arterioso per arteriam cœliacam suppeditato, aliquo modo effervescit, & quodammodo dissolvitur, unde ejus particulæ salinæ & sulphureæ, quæ bilem constituunt, ab acinis glandulosis segregantur, & per ductum hepaticum & vesiculam felleam ad intestinum duodenum amandan tur. Credebant enim antiqui in eo sanguinem elaborari & confici, cum tamen sanguinis recrementa bili osa ibi separentur. Germ. die Leber.

**HEPAR** ḡii vocatur crocus metallorum.

**HEPAR UTERINUM** vid. placenta uterina.

**HEPATICA VENA**, idem quod *Basilica*.

**HEPATICUS MORBUS** est dejectio sanguinis aquosí & acris, loturæ carnis similis, qua succus nervosus, vel sanguis aquosus, non rite coctus sed acris, secundum seriosores partes in intestina turbatur. Item quando sanguis niger, splendens & diutius assatus in intestina propellitur, sic appellatur, quia sanguificationem in hepatate fieri putabant.

**HEPATITIS** nonnullis idem est quod *hepaticus* morbus; aliis vero notat inflammationem hepatis.

**HEPI-**

HEPIALA, idem quod *Epiala*.

HERCULEUS MORBUS, idem quod *Epilepsia*.

HERMAPHRODITUS, est homo utriusque sexus, id est, vir & fæmina simul. Verum mulieribus instrumentis duntaxat utuntur, rarissimè viri sunt; conformatio istæc & abusus inde contingit, quod plus justo clitoris propendeat. Ex 'Eguis Mercurius, & 'Aphroditi *Venus*. Germ. ein Zwitter.

HERMETICA MEDICINA, est quæ morborum causas ad sal, Sulphur & Mercurium refert, & generosissima remedia, non modo ex vegetabilibus & animalibus, verùm etiam è mineralibus præparat.

HERNIA *Ramex*: Græcis ῥάνη propriè est intestinorum, omenti &c. in inguina per processus peritonæi dilatatos, prolapsus: item quando umbilicus protuberat. Impropiè ita vocatur uteri prolapsus; Bronchocele; varices vasorum spermaticorum, item distensiones à flatibus, humoribus aquosis, vel tumoribus p.n. &c. Germ. ein Bruch.

HERPES, sive inflammatio serpiginosa, *zona* Scribonio, *serpens* Lucretio, ἕρπης Dioscoridi, ἕρπης Nicandro, ζεύς Plinio, ἕρψις ἔλκος Polluci: quæ duplex est, *miliaris* seu *pustularis*, Græcis Κέρχεια, Germ. Haartwurm/ quæ cum prurigine, cutim solummodo occupat; Altera, *excedens*, sive ἕρπης ἑρπίσσως quæ non tantum cutim, sed & musculos subjectos obsidet. Causa est quando glandulæ cutaneæ nimis ubertim particulis falsis suffunduntur, quæ ab aliis viscidis continentur, ne effluant, pruritum & ulcuscula miliaria excitant, quae aliquando, si materia peccans abundaverit, crustam excitant & subjectas partes exedunt. Ab ἕρπη serpo, quia continuo serpent.

HETEROCRANIA, est dolor alterutram capitis partem obsidens. Ab ἕρπε alterum, & ἕρπε calva.

HETEROGENEUM, est quando improportionatum quid sanguini & spiritibus ut in sebribus, vertigine,

motibus explosivis, & apoplexia, accrescit. Ex *τριπός* alterum, & *γένος* sexus, genus.

**HETERORHYTHMUS**, est aetas alterius naturae quam anni ferunt: Ex. gr. si juvenis fenilem, & senex juvenilem aetatem degunt: Illa differentia etiam de pulsibus dicitur, cum in morbis diversus modulus pulsandi tenetur. Ab *τριπός* alter, & *ρυθμός* modulus.

**HEXIS**, est habitus seu habitudo corporis. Ab *ίχθυς* habeo.

**HIDROA**, sunt pustulae circa partes genitales. A sudore acri ortae. Ab *ιδρός* sudor.

**HIDROCRITICA**, sunt judicia critica, quae à sudore desumuntur. Ab *ιδρός* sudor, & *κρίσις* judicio.

**HIDRONOSUS**, est Febris, in qua plurimus sudores prodit, quae ab *Anglis* sudor Anglieus nominatur. Ex *ιδρός* sudor, & *άγχος* morbus.

**HIPROS**: idem *q̄od sudor*. Ab *ιδρός* sudor.

**HIDROTICA** sunt remedia, quae fermentando & attenuando penitiores sanguinis poros penetrant, incidunt, attenuant, rarefaciunt, & aucta circulatione sanguinis tam ferunt quam eidem inherentia ad peripheriam corporis propellunt; ubi illa in sensibilem sudoris liquorem condensata, erumpunt. Ab *ιδρός* sudor. Germ. *Schwitz Mittel*.

**HIERA PICRA** est electuarium ex aloë, ligno aloës radicibus asari, spica, india, croco, mastice & melle paratum. Ex *ἱερὴ* sancta, propter vires laudabiles, & *πικρὴ* amara.

**HIEROGLYPHICÆ** notæ, sunt plicae, rugaeque in manibus, ex quibus vana curiositas multum praedecere conatur. Ex *ἱερὴ* sanctum, & *γλύφω* sculpo.

**HIPPOCRATIS MANICA** vid. manica Hippocratis.

**HIPPUS**, est oculorum affectus; in quo oculi tremuli continuo agitantur & subinde nictant, ut in equitatione fit. Ab *ἵππος*, equus.

**HIRCU**, *Hirci* vel Hirqui, oculorum anguli, *αγκύλαι* quo-

quorum qui ad nasum sunt, *φαρνησες* & *μυρι* dicuntur, quod inde lachrymae manant: at qui ad tempora, *παρεπτη* Poll. Nicandr. Germ. Eugen: Windel vide *Canthus*.

HIRCUS quid sit, notum. Medicis significat aliquando intumescentiam testium tempore pubertatis in adolescentibus cum mutatione vocis in gravorem; Unde *hircire*. Deinde *hircus alarum* notat foetorem sub alis incubantem. Tandem hirci nomine designatur etiam eminentia aurium, quae tempora spectat.

HIRQUUS, idem quod *Cathus*.

HOLIPPÆ, sunt placentulae ex infusione medicamentali fatinaque triticeâ, addito insuper facchato, subactae.

HOMÆOMERES, vide *similares partes*. Ex *spina* simile, & *musco* pars.

HOMOGENEÆ PARTICULÆ sunt, quae puræ, integrae & immixtae sibique per omnia similes sunt. Ex *os* simile, & *geno* genus.

HOMOPLATA, *scapula*, *spatula*, *scopula aperta* Celso. Gr. *πλάτα*, *αιρωλάτα*: *ιππωλοι*; five os, quod humeri latitudinem constituit triangulare, latum, & tenue præsertim in medio, sed in processibus crassum, utrumque unum, incumbens superioribus costis parte postica instar scuti; processus sunt tres *A-cromium*, five humeri mucro; *Coracoides* five *Anchora-lic*; & *κυρχη* five *Cerbix*. Usus est ad costarum robur, ad humeri & clavium articulationem, & ad musculo-rum implantationem. Ab *os* humerus, & *πλάτα* latus. Gerin. das Schulter Blat.

HOMOTONA est febris continua, aequali dramate suos actus, scenasque peragens. Ex *os* aequali, & *musco* teneo.

HOPLOMOCHLION, est instrumentum Chirurgicum toti corpori humano applicandum, describitur ab Aquapendente in op. Chirurg.

**HORA**, est Hippocrati determinatum anni tempus; quod liquet ex Aph. I. sect. 3. ἡμέτεροι τῶν οὐρανοῦ μάλιστα πάκτυος γενήσαται, καὶ σε τῷσι ἔργοισι: &c. id est mutationes temporum pariunt morbos ipsis anni temporibus &c. unde ἔργον annus, & ἔργον tempestivus.

**HORÆI** fructus sunt, qui mensibus aestivis, matu-  
rescunt & facile corrumpuntur, ut poma pyra, pruna  
&c. Ab ἔργον tempus.

**HORARIUS** idem quod Horæus.

**HORDEATUM** est medicamentum liquidum inter-  
num, ex hordeo ad crepaturam cocto & ruso, liquo-  
ribus convenientibus affusis & colatis, præparatum  
quibus amygdalæ, sem. papaveris albi, sem. quatuor  
frig. maj. &c. non raro accedunt.

**HORDEOLUM**; idem quod *Critbē*.

**HORRIFICA** febris, vide *Phricodes*.

**HORROR**, est cutis per totius corporis ambitum  
vibratio, & concussio, cui refrigeratio supervenit ab  
irritatione nervosi generis varia oriunda. Gr. φέιξε &  
φέίξειος, Diosc. Germ. das Zittern / Beben.

**HUMECTANTIA** sunt, quæ particulas suas humidas  
corporis nostri poris possunt insinuare.

**HUMIDUM primogenium**, recte dicitur *sangvis*, qui  
prius ante omnia in generatione conspicitur.

**HUMORES** in corpore humano & animalium per-  
fectorum dicuntur partes fluidæ in specie liquidæ,  
quæ intra solidorum terminos continentur: ob id ab  
Hippocr. *Contenta* dictæ. In genere distingui pos-  
sunt in universales & particulares. Illi sunt *sangvis*  
& *serum*, hi v. humores in oculo, bilis, *saliva*, *succus pancreaticus* &c.

**HUMORES** in *sanguine* à veteribus constituantur  
quatuor, nempe biliosus, pituitosus, melancholicus &  
*sanguineus* propriè dictus, idque secundum quatuor  
elementa peripatetica. Verum illa opinio, inventa  
circulatione sanguinis prorsus concidit. Præter nat.  
tamen

tamen vitio ipsius sangvinis à crasi debita desciscen-  
tis, inveniuntur, sed sangvinis partem integralē non  
constituunt; sangvis enim est humor unicus; secus si  
esset, tartarus in vino, & fæx in cerevisia, forent par-  
tes vinum & cerevisiam constituentes. In sangvine  
venis emissō duæ duntaxat diversæ corporum speci-  
es, ad oculum comparent; massa nimirum coagula-  
ta, particulis maxime rubicundis constans, quæ in su-  
perficie, ubi aér eam attingit, rubore florido suffusa  
est, inferiori verò parte, ubi aér excluditur, nigrescit  
hæc in sero suo expresso natat. Si quis verò ulterius  
procedere velit & sangvinem destillet ac arte chymi-  
ca cum *Willisto* dissolvat, quinque corpora tantum  
pura inveniet, Spiritum nempe, sulphur sive oleum,  
aquam, salem & terram.

HUMORES OCULARES sunt tres: 1. *Aquens* qui intra  
corneam & uveam tunicam continetur; 2. *Cryſtallinus*, sive *Glacialis* humor, is in tunica uyea contine-  
tur & cæteros crassitie superat. 3. *Vitreus* reliquis du-  
obus copiosior, posteriorem oculi cavitatem occu-  
pat.

HUMORES in SECUNDINIS tres sunt in iis anima-  
libus, quæ vesicâ donantur. In principio dum ovum  
è testibus ad uterum delabitur, humores in uteri fun-  
do in hunc finem existentes primo in Chorion, de-  
inde in Amnium transudant: in processu verò, quan-  
do fœtus efformatur & umbilicalia vasa ad Amnium  
& Chorion protenduntur, vero simile est nutritium  
humorem per oscula venarum exceptum, ad fœtum  
deferri, & inde per arterias partè aliquam demitti in  
Amnium, tanquam in fœtus thesaurum; ita ut dicto  
tempore Amnii membranæ liquor dupli hâc ratio-  
ne augeatur. Appropinquante denique partus tem-  
pore, videtur modus ille transudationis aboliri; &  
quod alter tantum locum habere posse, nisi (ut *War-  
thonius* scribit) nutritius humor à placenta per funi-  
culum descendat, & per exiguae papillulas inde in A-

mni cavitatem transeat. Eorum usus est foetum personam nutritre. Tertius humor est urina foetus, quae ex vesica per urachum, in membranam urinariam influit.

- HYALOIDES, est humor oculi vitreus, intra tunicae retinam & uveam contentus. Ex *υαλος* vitrum, & *ειδος* forma.

- HYBOMA est omnium vertebrarum incurvatio. Ab *υβωμη* incurvo.

- HYDARTHROS, idem quod *Melicerie*.

- HYDATIDES, sunt vesiculae aquosae p. n. In *Hepate*, *liene*, aut quodam alio viscere: hydropicis familiares. Item circa palpebris pinguedinis incrementum p. n. *υδωρ* aqua. G. *Wasser-Bläflein*.

- HYDATOIDES, est humor oculi aqueus, qui intrat unicum cornicam & uveam comprehendit. Ab *υδωρ* aqua, & *ειδος* forma.

- HYDEROS, idem quod *Hydrops*.

- HYDRAGIA, vide *venae lymphaticae*. Ex *υδωρ* aqua, & *γνωμη* ductus.

- HYDRAGOGA, sunt medicamenta, quae fermentando & præcipitando, aquosos humores expurgant. Ex *υδωρ* aqua, & *αγνη* duco.

- HYDRELAEUM, est mixtura ex aqua & oleo. Ex *υδωρ* aqua, & *λαιμος* oleum.

- HYDRETEROCELE, est intestinorum una cum aqua in scrotum prolapsus. Ex *υδωρ* aqua, *στρεμμα* intestine, & *κόλπος* tumor.

- HYDROA sunt quædam tubercula lata & humida, pruriginosa granis milii similia, interdum sine pruritu, quæ cutim *ιλλιάδης* exasperant; siunt hæc, quoties natura conatur per cutim depellere sudorem; sed à cutis densitate impeditur, adeo ut materia ibi retenta, & tenuiori parte per vasa lymphatica reiecta vel evaporata, cutis in tumorem elevetur. Affectus hic familiaris est pueris & juvenibus, præsertim temperamento calidioribus, qui æstatis tempore nimis montantur.

ventur & exercentur, in collo scapulis, pectore, brachiis & femoribus, frequentius tamen circa pudenda & anum acidens. Latinis sudamina Græcis ~~ανθρωπια~~. Ab ὑδαι aqua, vel *ιδης* fudo.

**HYDROCELE**, est scroti tumor p. n. ex humore aquoso excitatus. Ab ὑδαι aqua, & κηλη tumor.

**HYDROCEPHALUM**, est capitis ex humore aquoso p. n. intumescentia, unde cranii suturæ ab invicem dissilire coguntur; oritus aliquando ex ruptione vasorum lymphaticorum. Ab ὑδαι aqua, & κεφαλη caput.

**HYDROMEL** est mulsimi, sive decoctio ex aqua & melle. Ab ὑδαι aqua, & μέλι mel. Germ. Meel & Honig-Wasser.

**HYDROMPHALUM**, est protuberantia umbilici, ex humoribus aquosis in abdomen p. n. contentis. Ex ὑδαι aqua, & ουφωλης umbilicus.

**HYDROPHOBIA**, est affectus, maxime convulsivus, cum furore, liquidorum & splendidorum fuga, aliquando cum delirio, febri, aliisque symptomatis, summo eum vita discrimine invadens, ortus & propagatus ex morsu canis rabidi, eique analogo contagio. Ex ὑδαι aqua, & φοβη timeo.

**HYDROPICA**, sunt medicamenta hydropicis humores aquosos eduentia.

**HYDrops** est aquosi humoris in habitu corporis vel in quadam cavitate alia stagnatio estque *generalis* ut anaæræca & Ascites, quibus malè adjungunt Tympanitem; *particularis*, ut Hydrocephalon, hydrops pectoris manus, pedis &c. de quibus specialiter suo loco. Ex ὑδαι aqua, & οὐληναι video. Germ. die Wasserfucht.

**HYDROPS ad MATULAM**, idem quod *Diabetes*.

**HYDROSACCHARUM** est syrups ex aqua & saccharo coctus. Ex ὑδαι aqua, & σάκχαρο saccharum.

**HYGIBIA** est sanitas, quæ constat ex bona temperie & apta conformatione. *Sanitas* est dispositio partium

tium humani corporis, actionibus recte perficiendis apta. *Signa sanitatis* sunt tria, actiones debitæ, qualitates convenientes, excreta & retenta bene respondentia. Ab ὑγίαιᾳ bene valeo.

**HYGIEINE**, est pars Medicinæ, quæ sanitatem conservandi modum tradit. Estque *Dietetica* vel *Prophylactica*. Ab aliquibus in tres partes divisa fuit, in *ὑγειανοῦτικά*, morbos futuros & imminentes advertentem: *αισθητικά* quæ præsentem sanitatem tueuntur: & *αἰτιολογικά* à quâ valetudinarii reficiuntur. Ab ὑγίαιᾳ bene valeo.

**HYGROCIRSOCELE**, est ramex varicosus, quem ailiæ humiditates p. n. comitantur. Ex ὑγρᾷ humidus, κίρρης varix, & κύλη tumor.

**HYGROPHOBIA** vid. *Hydrophobia*.

**HYMEN** propriè membrana est: Sumitur etiam pro membrana virginea, tanquam virginitatis tota, quam in sinu muliebri, ante vaginæ ingressum collocant. Hæc an detur, videant Anatomici. Ab ὑμεῖον matrimonio jungo.

**HYOIDES**, est os ad basin linguæ consistens à figura Y vel Λ appellatum & ιδο. forma.

**HYOTHYROIDES** sunt musculi duo laryngis, ab osse hyoidis in cartilaginem scutiformem deducti, rimulaeque astrictioni destinati, ex littera Y, γόργον scutum, & ιδο.

**HYPENEMIOS** subventaneum, de quo infra.

**HYPERTHARSIS**, est superpurgatio, sive purgatio modum excedens. Ab ὑπερ supra modum & οὐδέποτε purgo. Germ. gar zu starkes Purgieren.

**HYPERCRISES**, est excretio critica supra modum facta. Ex ὑπερ super, & οὐδέποτε secerno.

**HYPEREPHIDROSIS**, est nimia p. n. sudatio. Ex ὑπερ super, & οὐδέποτε infuso.

**HYPEROON**, sunt duo foramina in superiore palati parte, quæ pituitos humores, à processibus mammilla-

millaribus excipiunt, & facta excretione per os rejiciunt. Ex *ventre* super, & *ab* pars superior.

HYPERSARCOSIS, est excrescentia carnosa in quavis parte. Ex *ventre* super, & *omnibz* caro.

HYPNOBATES i. e. somnambulo.

HYPNOTICA sunt medicamenta quae spiritus fignendo, poros cerebri claudendo & angustando, soporem inducant. Ab *ventre* somnus, Germ. Schlafmittel.

HYPPOCHONDRIACA AFFECTIO, vide *Hypochondriacus affectus*.

HYPPOCHONDRIACUM sive *subcartilagineum*, est superior pars abdominis, sub cartilaginibus thoracis. Ex *ventre* sub & *zōrdē* cartilago. Germ. das Weiche in den Seiten.

HYPPOCHONDRIACUS AFFECTUS, est passio metu convulsiva & flatuosa, ab humoribus acribus, acidis & pungentibus, in ventriculo, intestinis, adjacentibusque visceribus, ut liene, pancreate p. n. existentibus nervosas, membraneasque partes affigentibus, orta. Ex *ventre* sub, & *zōrdē* cartilago. Germ. vocant *Wülg-Beschwerung*.

HYPCHYMA est suffusio, sive depravata visio, qua culices, aranearum telæ, nubeculæ, vel alia similia, ante oculos volitare videntur; ejus causa consistit aliquando ex humoribus turbidis, vel nonnunquam in nervo optico, cujus quidam potuli à materia impatta obstructi sunt, ab *τονχία* suffundo.

HYPCHYSIS, idem quod *Hypochyma*.

HYPOGASTRIUM est exterior abdominis pars inter umbilicum & pubem. Ex *ventre* sub, & *zōrdē* venter.

HYPGLOSSIS sive *Ranula*, est inflammatio vel abscessus sub lingva. Item medicamentum laryngis a speritatem demens. Ex *ventre* sub, & *γλώσσα* lingva.

HYPOPHALUM, est diæta vulgaris inter exquisitam & simplicem media. Ex *ventre* sub, & *φαύλα* viles humile.

Hypo-

**HYPOPHORÆ**, sunt profunda & fistulosa ulcera, in ulceribus aut sinubus dehiscentia. Ab ὑποφέρειν laboro, decido. Germ. Fistulose Schäden.

**HYPOPHYYSIS**, idem quod *Hypochyma*.

**HYPOPHYHALMION** ὑποφθαλμίον vocatur pars oculis subjacens, quæ in hydropicis & cæchecticis intumescere solet. Deinde notat sæpe idem quod ὑπότητος. Ex ὑπό sub, & ὑφθαλμός oculus.

**HYPOPYON** est puris, sub oculi tunicae cornea, collectio: ὑποφθαλμία Rugo. Ex ὑπό sub, & πύω pus.

**HYPOSARCA**, idem quod *Anasarca*.

**HYPOSARCIDIUM**, idem quod *Anasarca*.  
**HYPOSPAGMA**, est sanguinis suffusio ab icta in oculum. Ex ὑπό sub, & σφάγεω sanguinem effundo. Germ. ein blau Auge.

**HYPOSTASIS** urinæ, est illud crassum generale contentum, quod in urina versus fundum descendit, in eaque subsidet. Ab ὑψησμη subsideo.

**HYPOTHENAR**, est spatium à digito, qui λεγεται si-  
ve index vocatur, usque ad digitum minimum. Ex  
ὑπό sub, & θηνη vola.

**HYPOTHESIS**, est rei suppositio. Ab ὑποθήση suppono.

**HYPOZOMA**, est membrana intersepiens, ut Medi-  
astinum in thorace. Ab ὑποζώνη succingo.

**HYPSILOIDES**, vide *Hyoides*.

**HYSTERA** ὑστέρα & ὑστέρη uterus vid. infra.

**Hystealgia** est uteri dolor, ab inflammatione vel aliunde excitatus. Ab ὑστέρη uterus, & ἀλγεῖν doleo. Germ. Mutter-Weh.

**HYSERICA PASSIO**, est affectus convulsivus ner-  
vorum patis vagi & intercostalis in abdomen, à pun-  
ctione, irritatione, aut spirituum explosione: hoc ma-  
jum non semper ab utero, ut vulgo creditur, depen-  
det; Hunc morbum non semel in viris conspeximus,  
quoniam lien pancreas, aliaque viscera adjacentia,  
non

non raro in causa sunt. Ab *visigo* uterus. Germ. das Muffsteigen der Mutter.

**HYSERICUS** Uterinus, ad uterum spectans.

**HYSERIC,** sunt medicamenta, uteri morbis adversa. Ab *visigo* uterus.

**HYSEROTOMOTOCIA**, sive *Sectio Cesaria*, est foetus ex utero excisus: quæ hoc modo peragitur; sub umbilico ad latera lineæ albæ sectio semilunaris instituitur, cavitate sua lineam albam respiciens: deinde secundum fibrarum ductum, post sectionem extracto fætu, uteri vulnus a seipso contrahitur, ita, ut sanguis vix majori copia, quam in naturali partu, effluit. Verum si mater mortua fuerit, locum tibi aptissimum eligito. Ab *visigo* uterus *nigra* seco, & *nigra* pario.

**HYSEROTOMIA**, est sectio uteri anatomica. Ex *visigo* uterus, & *nigra* seco.

### I.

**TANITOR**, idem quod *Pylorus*.

**ICHOR** olim vocabatur serum sanguinis in statu naturali. Deinde appellatur hoc nomine serum vitiosum, vel quantitate vel qualitate peccans, hinc *ichor acris*. In specie vero ichor vocatur humor sulphureus & aquosus, ex ulceribus manans. Specialissimè verò ita dicitur liquor ille, qui ex vulneribus articulorum & nervosarum partium cum dolore atque gravissimis symptomatibus aliis exstillat. Germ. das Gliedwasser.

**ICHOROIDES**, est humiditas faniem referens. Ex *ichor* fanius, & *icno* forma.

**ICTERUS**, est cutis in flavedinem mutatio, ab obstructione ductus choledochi, vel glandularum hepaticarum, jecoris debilitate, obstructione, scirrho, aut quia bilis in majori copia gignitur, quam excrentur, unde in sanguine retinetur, *in the liver*, id est viverra, quæ est ex genere mustelarum, quo venatores

tituli-

utuntur, cuius oculi ejusmodi colore tinti cernuntur. Sive ab Ictero, ave ejus coloris, quam latini Galbulum vocant, quæ si spectetur (inquit *Plinius*, lib. xxx. cap. XI.) sanari id malum, tradunt, & avem mori. Latinis *Regius morbus* nominatur, hinc:

*Regius est vero signatus nomine morbus,*

*Molliter hic quoniā celsa curandus in aula.*

Malim ego ab auro, metallorum rege, denominacionem statuere, sicut & aurigo, ab auri colore, nominatur, & fellis suffusio. *Celsō* ita dictus, quod in aulis regum molliter curetur (ut *Sammonius* ait) ludis, lasciviaque, per quæ mens exhilaretur. *Arcuatus morbus Celsō*, à co ore arcus cælestis æmulo. Germ. die Gelbe Sucht.

IDEA denotat naturam & essentiam rei e. g. morbi. Ab *īdū* video. *Helmontio* verò & *Marc. Marci* modo speciem rei seu notionem à mente conceptam notat, modo verò nescio quam formam in subjecto aliquo latitantem, quæ forsan idem est cum Aristotelicorum forma substantiali, utrumque tamen merum figmentum est rebus naturalibus omnino non conveniens.

IDEALIS MORBUS iisdem Autoribus est, qui pro causa ideas peregrinas agnoscit, quæ archeum turbant ejusque operationes lœdunt. Sed hæc pariter somnia sunt.

IDIOPATHIA est passio primaria alicujus membra, quæ ab alio membro non dependet, nec originem dicit. Ab *īdū* proprius, & *mīdū* affectus.

IDIOSYNCRASIA, est propria cuivis corpori temperies. Dicitur potissimum de quibusdam affectionibus peculiaribus, quorum causa in spiritibus latet, e. g. quod aliis feles ferre, aliis caseum comedere, pilulas deglutire &c. non posse. Ex *īdū* proprius, *īdū* cum, & *īgēns* temperamentum.

JECTIGATIO est motus & agitatio corporis in nonnullis morbis ab inordinato spirituum animalium motu

motu & motibus convulsivis vel præsentibus vel instantibus, productus.

JECUR, idem quod *Hepar*.

JECUR UTERINUM, vide *Placenta uteri*.

JEJUNUM INTESTINUM, est secundum tenuium, sic appellatur, quia frequenter vacuum est: in eo plexus glandulosi jam tum reperiuntur. Vocatur à Varrone *Hilla Græc.*, nō Germ. der nüchterne Darm.

IGNIS est motus particularum subtilissimarum in subiecto aliquo hærentium, qui ab alio externo concitatur, ab aëre verò continuatur. In Chimicis variè consideratur. Maxima verò agitatur controversia, am Ignis sit verus analysta, corporum & qua de re vid. Boyl. Chim. scept. Quatuor vulgo gradus attenduntur. Primus est lectissimus, tepidus, qualis in balneo. Secundus vocatur ignis cinerum. Tertius arenæ. Quartus est summus gradus, qualis est reverberii vel fusorius.

IGNIS ACTUALIS est, qui primo contactu adiut: ut sunt ignis ipse & cauteria ferea.

IGNIS POTENTIALIS est medicamentum, quod, postquam aliquamdiu parti superimpositum fuerit, instar ignis vires suas exerit: ut ruptorium cæteraque exedentia.

IGNIS PERSICUS, idem quod *Gangrena*: Sumitur etiam pro *Carbunculo*.

IGNIS SACER, idem quod *Erysipelas*: quidam tamen pro herpete sumunt.

IGNIS SILVESTRIS, idem quod *phlyctena*.

IGNITIO est calcinatio per ignem facta.

ILE, est cavitas à thorace ad coxae ossa. In animalibus omnibus, homine & ove excepto, intestina omnia *Ile* appellari annotat *Plinius*. Ab εἰλίῳ circumvolvo.

ILEUM, est intestinum tertium tenuium: Oritur, ubi jejunum desinit, & finem ad cæcum assequitur.

**Longitudine** unam & viginti palmas æquat. Ab **κύλιον** circumvolvo.

**ILEUS**, est morbus, ut plurimum intestini ilei, diciturque volvulus, cum sc. superior pars intestini in inferiorem, vel inferior in superiorum suscipitur; item si ob contractionem spasmodicam intestinum ileum sibi invicem circumvolvatur.

**ILIA**, partes dicuntur laterales ipsius abdominis, inter costam & pubem: *Celso λαγων*, *κεντρον*, *λεπτηγον*.

**ILINGUS**, vide *Scrotomia*. Ab ει, *ιστη* circumvolvo. **ILIUM OS**, est pars ossis innominati: sic dicitur, quod intestinum ilium continet. Circumferentia eius circularis est, pars superior latissima, connectitur ossi sacro. Superior pars spina, interior costa, & exterior dorsum appellatur. Amplius est mulieribus quam viris.

**ILIACA PASSIO** idem quod *Ileus morbus*.

**ILIACA VASA**, est bifurcatio illa truncorum descendentium arteriae magnæ, & venæ cavæ, in abdome intra pelvis regionem.

**IMAGINATIO**, idem quod *Phantasia*.

**IMMERSIVA CALCINATIO** est corrosio in calcem, quæ fit ope aquarum stygiarum seu liquorum corrodentium.

**IMPERFECTA CRISIS**, vide *Crisis*.

**IMPERFORATUS** vid. *Atretus*.

**IMPETIGO CELSI**, idem quod *Lepra Graecorum*, quatuor species proponit *Celsus*. Minime mala est, *inguinum*, quæ similitudine scabiem, representat, nam & rubet & durior est, & exulcerata est & roditur. Distat autem ea, quæ magis exulcerata est, & varis similes pustulas habet: videnturque esse in ea quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squammulæ resolvuntur, certioribusque hoc temporibus revertitur. Alterum genus pejus est, simile papulæ ferè, sed asperius, rubicundiusque, figuræ variæ habens. Squamminulæ ex summa cute descendunt, rosio major

jor est, celerius & latius procedit, certioribusque etiam, nonnunquam prior, temporibus & fit, & desinit, *Rubrica* nominatur. Tertia, etiamnum deterior est, nam & crassior est & durior, & magis tumet, in summa cute finditur, & vehementius rodit. Ipsa quoque squammosa, sed nigra procedit, & late & tarde eminus serpit, in temporibus aut oritur aut desinit, neque ex toto tollitur, *nigra* cognomen est. Quartum genus est, quod curationem omnino non recipit, distans colore: nam subalbidum est, & recenti cicatrici simile, squammulasque habet pallidas: quasdam subalbidas, quasdam lenticulae similes: quibus demptis, nonnunquam profluit sanguis. Alioqui vero humor ejus albidus est, cutis dura atque fissi est, proceditque latius. Haec vero omnia maximè genera oriuntur in pedibus, manibus atque unguis: quoque infestant. Idem impetigo quibusdam sonat ac lichen, vide *lepra Grecorum*.

**IMPETIGO** Plinii, idem quod *lichen Grecorum*.

**IMPOTENTIA** vocatur sterilitas virilis, seu cuius causa in viro latitat.

**IMPRÆGNATIO** seu gravidatio, est ovuli fœminei per congressum cum mare fœcundum fœundatio, ut novus in eo fœtus delineetur.

**INAPPETENTIA** est, quando cibus propter fermentum in ventriculo diminutum non appetitur. Germ. *Unlust zu essen*.

**INCERATIO** est mistio humoris cum re sicca, per combibitionem lentam ad consistentiam cere emolitæ. Græcis *ιγκέωσις*.

**INCIDENTIA**, idem quod *Attenuantia*.

**INCINERATIO**, est, qua corpora vegetabilium & animalium in cineres, igne violentiore rediguntur.

**INCISORES DENTES**, idem quod *primores dentes*.

**INCISORII**, idem quod *primores*.

**INCORPORATIO**, est commistio, qua statim humida cum fieciis in unum corpus per formam massæ

contemperantur, itaque hic non sit lenta nutritio, sed tantum humoris statim additur, quantum ad corporis misti consistentiam requiritur, ut fiat veluti pasta, unde & *impastatio* nominari potest, in nonnullis *subattio*. Incorporatae autem res in calore digestorio relinquuntur, ut mutua actione, & passione crasis communem nanciscantur.

**INCRASSANTIA** sunt, quae crasis ramosisque partibus praedita, & succis tenuioribus & liquidiöribus permixta, partes eorum conjungendo & inter se connectendo, consistentiam crassiorem & stabiliorem ipsis conciliant.

**INCREMENTUM** est tempus morbi secundum, quo omnia symptomata ingravescunt & grado majori affligunt.

**INCUBUS**, vide *Ephialtes*.

**INCUS** est unum ex ossiculis in aure interna contentis. Molarem dentem refert & malleo subjacet. Habet inferne duos processus: unum breviorum, ossis squammoso innitentem; alterum longioreum sustinente verticem stapedis sive ossis triangularis, quod cochleæ insistit, dum basi latiusculâ fenestræ ovali immergitur.

**INDICANS** nihil aliud est, quam quoddam in corpore secundum aut p. n. observatum & designiatum, cuius gratia aliquid fieri dicitur, quod ei conferre debet.

**INDICANTES DIES** sunt, qui crasis certis diebus futuram indicant; qui propterea indicantes & contemplabiles dicuntur: & sunt cujusque septenarii medii quaterni, ut 4, 11. 17. 24.

**INDICATIO** est id, quod demonstrat quid in morbis sit faciendum. Estque triplex *praeservatoria*, quæ sanitatem à morbis præservat: *Curativa*, quæ morbum jam inductum expellit. Et *Vitalis*, quæ vires & victus rationem respicit. Scopi à quibus indicationes sumuntur, trito hoc disticho comprehendi solent:

Ars,

*Ars, Ætas, Regio, Complexio, Virtus.*

*Mos & Symptoma, Repletio, tempus & Usus.*

INDICATUM est illud ipsum juvans, sive id quod indicanti congruit, aut consequens agendum, sanitatis restaurandæ gratia.

INDICES DIES, vide *Critici dies.*

INDURANTIA, vide *Sclerotica.*

INDUSIUM, idem quod *Amnios.*

INEDIA, est abstinentia à cibis, sic ut minus solito comedamus.

INEIMUS VENTER, vide *abdomen.*

INELAMMATIO vide *Phlegmone.*

INFLATIO, est partis alicujus, à flatibus distensio.

Germ. *Aufblehung.*

INFLUENTIA dicitur potissimum de astris seu corporibus cœlestibus, quando vires, quasdam in hæc sublunaria derivare creduntur. Verum hujusmodi influentia stellarum, excepto Sole & Luna, nulla est vid. *Sturm. diff. de astrorum influentia.*

INFUNDIBULUM CEREBRI, πύελος *Heropbilo,* idem quod *Choana.*

INFUNDIBULUM RENUM, est pelvis, per quam ex renibus ad ureteres & vesicam urina transit.

INFUSIO est extractio virium ex ipsis medicamentis, per liquorem convenientem facta : quæ si purgans fuerit, unica vice absorberi potest, cui propriè nomen competit. Græc. δινησία.

INFUSORIA CHIRURGIA vid. Chirurgia.

INFUSUM est medicamentum liquidum diffusius ex speciebus & liquore convenientibus sola maceratione paratum, pro alterandi vel purgandi scopo.

INGLUVIES est anterior ventriculus membranaceus in volatilibus, in quo grana deglutita coacervantur. Germ. der *Kropff.*

INGUEN Græc. αγκελλα, dicitur ille locus à flexu femoris ad pubem.

INJECTIO notat infusionem liquoris in aliquam corporis

poris cavitatem, quod ut plurimum sit siphone e. g. *injectio* in peneim, nares, uterum, vesicam &c.

**INJECTIO INTESTINALIS**, idem quod *Clyster*.

**INIUM** est initium medullæ oblongatae, quod est sensorium commune, quia sensationes sive species ab organis externis exceptæ ibi per nervos deferuntur. Ab h. fibra, eo quod fibræ nervosæ ibi loci tanquam in camera & loco communis terminantur.

**INNOMINATA tunica oculi**; est tendinum à musculis, oculos moventibus. subtilis quædam *expansio*, ad iridis usque sive corneæ membranæ circumferentiam producta.

**INNOMINATUM Os**, aliis os coxae, vel ilium, ad latera ossis sacri est, constans ex tribus ossibus: *ilio*, *osse pubis* & *ischio*, per cartilagines junctis, usque ad septimum annum ex triplici linea distincta apparent, sed adultis in unum os coalescunt. Dicuntur etiam cuneiformia, ossa innominata.

**INNOMINATUS HUMOR** sive *infusus*, est humor secundarius à veteribus dictus, ex quo corpus nutrita putabant. Sunt enim isti humores nutritii quatuor: innominatus, ros, gluten, cambium.

**INSANIA** sive *amentia* est imaginationis & judicii abolitio, vel depravatio. Germ. *Raschen*.

**INSENSIBILIS** dupliciter dicitur. Primo de corpore sensus capace, quando objecta sensualia percipere nequit, idque potissimum ob spirituum animalium vitia. Deinde dicitur etiam de objectis ipsis, quando eius sunt parvitas, ut sensuum organa efficere non possint. Hinc insensibiles particulæ, quæ omnem sensum effugiunt.

**INSERTIO** in anatomis notat insinuationem vasorum, nervorum, fibrarum in partem & connexionem earum inter se.

**INSESSUS**, est balneum ventri, inferioribusque partibus dicatum, cui æger ad umbilicum usque infidet. Habentque tales infessus usus varios, qui nonnunquam

quā ad dolorem sedandum, intedum ad emolliēdum, vel flatus discutiendos: & non raro ad menses ciendos, parantur. Germ. ein Bäd.

**INSOLATI<sup>O</sup>** est quando res quādam aut infusio radiis solaribus exponitur. Dicitur de oleis per infusionem paratis.

**INSPIRATI<sup>O</sup>** est thoracis alterna dilatio, qua aēr nitrosus per asperam arteriam ejusque partes vesiculares, sanguini accensionis gratia communicatur. Causa respirationis consistit in thoracis dilatione.

**INSTRUMENTUM** vid. organon.

**INSPISSATI<sup>O</sup>** est humoris liquidi ad spissiorem consistentiam redactio, dicitur e. g. de syrupis, extractis &c.

**INTELLECTUS** est cogitatio, qua homo res objectas cognoscit. Fieri videtur in corpore calloso, à spiritibus ibi expansis. G. Verstand.

**INTEMPERIES** est morbus, qui in qualitatum corporis inconvenientia consistit, eaque vel manifesta vel occulta: Manifesta est vel simplex, vel composita: Simplex est quando una qualitas peccat; ut intemperies calida, aspera, rara, dura, acida salsa &c. Composita est, ubi plures qualitates in virtute sunt: ut intemperies calida & salsa, frigida & acida &c. Intemperies occulta est, quae oritur à qualitatibus venenatis, ut ex aere, animalibus venenatis &c. Ex aere provenit, quando nempe nitrum aereum, ab aquis stagnantibus, putridis, diurnis siccitatibus, terræ motibus &c. contagiosum evadit; unde febres malignæ, pestilentiales & pestes ipsæ nascuntur; sublatis quippe vaporibus, id quod reliquum est (propter elementum sulphureum & salinum) fœtorem contrahit, unde & aēr ejusque nitrum à temperie & ~~ex~~ optima desciscit & degenerat: idque similiter ex terris siccis fieri censeo, particulis enim aqueis in altum vestis accrescunt sulphureæ & tandem salinæ particulæ, quæ nitrum aereum ita aculeatum reddunt, instar vene-

ni arsenicalis, Mercurii sublimati, aut aquæ stygiæ, quæ inspirata sanguinis massam coagulant, erodunt, spiritusque avolare faciunt: unde anginæ, pleuritides, bubones &c. producuntur.

**INTERCALARES DIES**, sive intercedentes, sunt dies intermissionis in morbis intermittentibus periodicis, seu dies, qui paroxysmos intercedunt.

**INTERCIDENTES DIES**, vide *Intercalares*.

**INTERCOSTALIS** dicitur potissimum de nervo, qui juxta Williūm ex nervis parium quinti & sexti originem ducit, & cranio egressus plures plexus efformat ac juxta vertebrales descendens nervum amplum à vicino pari vertebrali accipit, ex quo porro pluri-mi rami ad thoracis & abdominis viscera disseminantur. *Intercostales musculi* dicuntur ii, qui inter duas costas interjacent.

**INTERCUS**, vide *Anasarea*.

**INTERFEMINEUM**, idem quod *Perineum*.

**INTERMISSIO FEBRIUM**, vide *Apyrexia*.

**INTERNODIUM** dicitur de ossibus digitorum mutuo-si colligatis ac articulatis & origine sibi succeden-tibus.

**INTERNUNCII DIES**, vide *Critici dies*.

**INTERMITTENS MORBUS** est, qui quibusdam temporis periodis affigit & remittit.

**INTERPASSARE** medicis est sacculum medicum trajectis ordine filis ita firmare, ut contenta æquali-ter ubique distribuantur. G. Durchnehen.

**INTERSCAPULARIA**, sunt cavitates inter sca-pulam & vertebrales. Dicitur etiam *interscapulum*.

**INTERTRIGO**, vel *Attritus*, est partium ano vi-cinarum, seu partium inter femora sitarum, excoria-tio, vel pelliculæ abrasio à motu vehementiori, præ-cipiè equitatione orta. Frequenter id evenit infantibus, ut cuticula in coxis à vera cute separetur & quasi abradatur, atque dolor eo loci excitetur, qui infantes insomnes atque inquietos reddit.

INTE-

INTESTINA, vide *Enteræ*.

INTRITUM est cibus qui interendo paratur. Dicitur specialiter de eo quando cerevisiae vel vino panis tritus admiscetur. Germ. eine kalte Schale.

INVETERATI morbi dicuntur, qui altas radices egrent in corpore, ut difficulter extirpari iterum possint.

INVERTENTIA eadem sunt quæ *Absorbentia*.

INVOLUCRUM CORDIS, vide *Pericardium*.

JONTHUS, sive *Varus*, vocatur etiam *æxus*, quoniam hujusmodi tubercula potissimum in ætatis vigore oriuntur. Estque tuberculum parvum, durum, & callosum, in faciei cute excitatum. Ab *æxus* firmus, quia faciem deturpat & fædat. Alii ab *æxus* flos, eo quod circa ætatis vigorem efflorescit.

IRIS est circulus ille fibrosus oculi pupillæ proximus, variis coloribus distinctus, & ubi iridem constituit, cœrulea, cœlia vel nigra est. *Iris* est etiam circulus niger, qui papillam ambit. Græc. φᾶς.

ISATODES, est bilis cœrulea, quæ glastum sive istidem colore refert. Ex *ιωάνης* glastum, herbæ nomen, & *εἴδος* forma.

ISHÆMA sunt medicamenta sangvinem sistentia, quæ emplastica, astrictoria, refrigeratoria, vel exsiccatoria vi meatus vasorum apertorum claudunt; vel sangvinis fluiditatem & motum vehementiorem imminuunt, vel sistunt. Ab *ἰχύω* valeo, cohíeo, & *ἱκμα* sangvis. Germ. Blutstillende Mittel.

ISCHIAS, est arthritis coxendicis. Ab *ἰχθύς* lumbus. *ἰστός* Heschio. Germ. Hüftwehe.

ISCHIUM, est coxa, sive coxendix. Ab *ἰχύω* sustineo, contineo; sedentes enim sustinet. Germ. das Hüftbein.

ISCHNOPHONUS, est vox gracilis. Ex *ἰχνός* Gracilis, & *φωνή* vox.

ISCHURETICA sunt Medicamenta, quæ sangvinem

in Dysuria incrassant & inspissant, ut urina supprimatur. Ab *ixvū* validus, & *pī* fluo.

**ISCHURIA**, est urinæ talis suppressio, qua ejus nihil aut parum excerni potest. Ab *ixvū* validus & *āgo* urina.

**ISTHMUS**, est ea pars, quæ inter os & gulam seu guttar in modum isthmi inter jacet. Item, interspímentum vel discriminè narium: intersinium *Isthmo*, imbrex narium *Arnobio* scitè dicitur. Item *istmus* sive *zīnē*, *Alg' Phayus* &c.

**ITHMOIDEA OSSA**, vide *Ethmoides*.

**ITINERARIUM** est instrumentum chirurgicum, quod urethrae infixum, sphincterem seu collum vesicæ ostendit, ut cum certitudine incisio fiat ad calculum eximendum.

**JUGALE** Qs, idem quod *Zygoma*.

**JUGULARIS VENA**, est illa, quæ juxta jugulum cranium petit.

**JUGULUM** idem quod *Fureula*.

**JULAP** vide *Julepus*.

**JULAPIUM** idem quod *Julepus*.

**JULEP** vide *Julepus*.

**JULEPUS**, est medicamentum liquidum internum sapore gratum & perspicuum, ex liquore idoneo cum sytupo vel saccharo ex tempore sine coctione mixtum, in tres quatuorve doses ad alterandum vel refrigerandum compositum. Constat communiter ex libra una & semisse aquæ hordei vel ex aquis destillatis, ratisimmè vino, & syrupo refrigerante ribesiorum, berberorum, violarum &c. frequenter aliquot guttæ spir. sulph. vitrioli, salis &c. ad gratum saporem admiscentur. *Julep* unde *Julepus*, nomen Persicum est, idemque sonat quod potio dulcis. *Arabicus* vox julebi à syrups non distinguitur. G. ein Rühls Trank. *Julep*.

**JULUS** est germen primum juglandis coryli &c. quod vermis figuram æmulatur.

**JUNCTURA** idem quod *Diarthroſis*.

L. LA-

## L.

**LABIUM** proprie dicuntur **extremitas** oris mu-  
seulosa, ipsum claudens & aperiens. **Duplex** est  
superius & inferius. Dein per similitudinem **extre-  
mitates** pudendi muliebris labia vocantur, inter quas  
rima externa est. Sie vulnerum **extremitates** per  
eandem similitudinem *labia vulnerum* dicuntur. Germ.  
die *Leffken*.

**LABIA LEPORINA** dicuntur ea, quæ ob vitio-  
fam conformatiōnem non cohārent. Vocantur etiam  
nonnullis rostra leporina: G. ein Hasen-Schart.

**LABORATORIUM** significat domum vel con-  
clave operationibus chimicis commodè exercendis  
destinatam.

**LABYRINTHUS**, est corpus gyris & circumrota-  
tionibus inflexum, sicut os quoddam auris internæ  
& cerebri exterior facies.

**LAC** est liquor albus ex mammis, vel uberibus e-  
mulctus; fit sequestratione chyli à sangvine arterioso,  
per glandulas mammarias. Lactis generatio incipi-  
plerumque post fætus gestationem, vel paulo ante  
partum, definit verò in vetulis, gravidis & menstru-  
atis.

**LACERTUS**, vide *Brachium*.

**LACHRYMALE PUNCTUM**, est foramen os-  
nasi insculptum, per quod lachrymarum materia, ad  
nares transit; si punctum illud ex ulcere caruncula  
occalescat, fistula inde oritur lachrymalis.

**LACHRYMÆ** sunt humiditates, quæ à glandulis  
oculi ad oculos humectandos secernuntur, quæ si ni-  
miae fuerunt, ita, ut à punto lachrymali non recipi-  
antur, & extra oculos decidunt, lachrymarum nomi-  
ne veniunt.

**LA CONICUM**, sive *Caldarium* & *affa* sive *Balne-  
um aereum*, cella olim erat nullam aquam intra se con-  
tinens, ad provocandum sudorem potissimum insti-  
tuta, & ob id à nonnullis *calida sudatio*, sicuti à *Cico-*

*rone & Cefso affa* nuncupata. In hac vapor calidus, seu calor siccus inclusus sudorem provocabat.

LACTEA FEBRIS est, quæ puerperas affligit sub lactis in mammis proventum. Ejus causa est p. n. e. bullitio occasione secretionis materiæ lacteæ à sanguine producta.

LACTEA VASA, vide *Vasa Lactea*.

LACTES quidam pro pancreate, vel mesenterio, alii pro lacteis vasis sumunt; pro intestinis tamen non inepte sumeretur, *Plauti* enim verba sunt in curcul.

II. III.

*Ita cibi facilitate genio laxis lactibus.*

hoc est, laxis & manibus intestinis.

LACTUMINA, idem quod *Achores*.

LACUNÆ sunt poruli sive meatus in uteri vagina sed nullibi majores, quam in inferiore parte meatus urinarii. Ex ductibus illis materia quedam seroso pituitosa emanat, pro semine habita, vaginam lubricat, & in Veneris quidem actu magna copia foras prorumpit. *Lacuna Lactantio*, *philtrum*, cavum in Labro superiore sub naribus. φίλτρον.

LAGOCHILUS, qui leporina seu fissa labia habet. Ex λαγωός vel λαγός lepus apud Hesiod. & χειλος labium. Germ. ein Hasen-Mund. Vide *labia leporina*.

LAGOPHTHALMUS, qui leporinos oculos habet. Ex λαγωός lepus, & ὄφθαλμος oculus. Germ. Hasens-Augen.

LAMBOIDES, est sutura cranii posterior à similitudine à dicta. Item os Hyoides. Ex Λάμψης, & ἀδημα forma.

LAMINA est metallum in longitudinem & latitudinem extensem. Deinde, quando de cranio dicitur, notat duplex tabulatum, ex quo cranii os componitur, quodque substantia rariori, meditullium dicto, manifestò à se invicem distinguitur.

LANCETTA est cultellum chirurgicum, rectum, acuminatum utrinque anceps; in venæ sectionibus, fistu-

fistulis incidendis, vel ano, pene & utero clauso, aperturam, idoneum. Germ. *ein Lancet.*

**LAQUEUS** est vinculum ita nexum, ut attractum vel pondere pressum, claudatur utrinque. Usus est ad fracta luxataque ossa extendenda; & reposita suo loco retinenda, ad partes constringendas & arcte vincentias; Differentiae laqueorum sunt variæ, nomina sortitæ vel ab inventoribus, vel ab usu vel alicujus rei similitudine & figura, vel necundi modo vel effectu, quæ cum sine delineatione sint, vix ex sola descriptione percipientur. Germ. *ein Strick.*

**LARYNGOTOMIA**, idem quod *Bronchotomyia*.

**LARYNX** guttus. Græc. λάρυγξ, θρόγχος, τηλεῖα *Galeo* tamen λάρυγξ, proprie est caput & ostium asperæ arteriæ, sive cartilaginosæ arteriæ, constat ex quinque cartilaginibus. *Primum* par *γενετής* sive scutiforme dicitur, protuberantiam illam in collo, vulgo pomum Adami, constituens; *secundum* par, *κεισαρίδης* sive annularis, quia instar annuli Turcici rotunda est; *tertia* & *quarta* cartilago aliis unica: sed si membrana exuitur, apparet gemina, dicitur *ἀγρυπνίας* guttal & glottis *quinta* *ἰπύλωτής* appellatur, quæ rimam tegit & claudit. Infervit voci & respirationi.

**LASSITUDO**, vide *Copos.*

**LAVAMENTUM**, idem quod *Fotus*.

**LAUDANUM**, dicitur de solo medicamento ex opio coelecto, idque *Laudanum opiatum* vocitant, ob vires nempe quas præstat laudabiles. Occurrunt variæ apud Autores descriptiones. Dolores intollerabiles pellit, & fluxus quoconque sistit.

**LAXANTIA** sunt medicamenta, quæ benignis stimulis emolliendo & detergendo, fæces ex intestinis evacuant.

**LAXATIVA** eadem quæ *Laxantia*.

**LEFFAS** terminus est barbarus *Helmontianus*, notat ipsi occultum terræ succum per quem plantæ crescunt.

**LENÆ**

**LEMÆ** sunt sordes oculorum, quæ in canthis potissimum concrescunt.

**LEMNISCUS** idem est quod *turunda*. vid. inf.

**LENIENTIA**, idem quod *Laxantia*.

**LENO**, & *Linon* est torcular *Herophili*, est ille locus, ubi sinus tertius meninges primo, secundo & quarto jungitur.

**LENTICULARIS FEBRIS** idem est quod febris *petechialis*, quia sc. maculæ lentis magnitudinem referunt.

**LENTICULARES GLANDULÆ** sunt glandulæ intestinales in crassis intestinis, cœco, colo, & recto periundæ, quarum singulæ seorsim existunt, nec in plexus colligantur. Lentis magnitudinem æquant, & ex foramine, quo singulæ manifestò pollent, humidrem viscosum excernunt pro scybalis liquandis & alvo lubricanda. Vid. de his *Peyerus de glandulis intestin.*

**LENTIGINES**, Germ. *Sommer-Sprossen* sunt maculæ lentes colore referentes, quibus in fæminis præcipue, facies imprimis, interdum & manus, brachia, & thoracis pars superior aëri exposita, nunc deusius, nunc rarius, quasi guttatum, conspersa est, sine omni dolore & molestia, in quibusdam æstatis solum tempore apparentes, hyeme vero evanescentes, in quibusdam vero perennantes. Græcis φακός.

**LEPIDOIDES**, est futura craniî mendosa, sive squammosa, à relaxatione appellata vide *Mendoza*. Ex αρνίς *Squamma*, ἀ λίπη decortico, & άδρι forma.

**LEPRA** est scabies sicca, qua cutis in squammulas, piscium instar mutatur: differt à *Lence* & *Alpho*. Eo quod lepra aspera est ad contactum & pruritum inducit; quandoquidem cutis sola affecta est, ideoque excoriata cute, subiecta caro sana appareat. Germ. der *Mussag*.

**LEPRA ARABUM**, idem quod *Elephantiasis Granaria*.

**LEPRA**

LEPRA GRÆCORUM, sive *impetigo Celsi*; ἀπὸ τῶν λεπρῶν, à squammis denominata. Sumamus quidam *psoea* seu scabiei gradus est, mox autem in principio, ne quis authorum lectione turbetur, observandum, nos hic de *Græcorum lepra*, non de *Arabum* loqui. Quem morbum autem Arabes Lepram nominant, ille *Græcorum* est *Elephantiasis*, qui nihil aliud est, quam universalis totius corporis *cancer*: *Lepra* est morbus ortum habens ex bile atra per totum corpus sparsa, unde intemperies partium, forma & figura, & tandem etiam ipsa continuitas corruptitur, & est cancer communis corpori toti. *Græcorum* verò lepram uominant *Arabes albaram nigram*. *Albaras nigra* idem est quod *impetigo excoriativa*, & est scabiositas accedens cuti, aspera, vehemens, & facit squammas piscium, cum pruritu. Major in *Lepra* est humorum corruptio & intemperies, quam in *scabie*, & in scabie solum quædam corpora furfuracea decidunt in *Lepra* autem velut squammæ piscium; ita ut à pruritu per scabiem ad Lepram fiat transitus. Nam pruritus est levis quædam cutis asperitas, in qua, nisi forte violentius scalpatur, nihil ex cute decidit: in scabie postea jam humor evidentior est, & scalpentibus furfuracea quædam corpuscula, sed squammosa, seu scalpentibus, seu non scalpentibus decidunt. Etenim in scabie materia est tenuior, & summam saltemi cutim depopulatur: deinde in *Lepra* materia crassior est, & non solum summam superficiem, sed etiam profundiora cutis depascitur. Græcorum hanc *Lepram* procul dubio sub *impetiginis* nomine proposuit *Celsus*. Non vero *Lichenem Græcorum*, quæ aliis *impetigo* dicitur, intellexit.

LEPTUNTICA, sunt medicamenta attenuantia & incidentia, quæ acutis suis particulis crassos & viscidos humores incidere & disindere possunt. A λεπτύναις attenuo. G. zertheilende Mittel.

LETHARGUS, est sopor comati similis, febre & delirio

**lilio comitatus.** Estque nihil aliud, quam humoris nimii aut incongrui intra cerebri corticalisporos ag- gestio; non videtur affectus per se esse, sed potius à metastasi febrium ortum dicit. Ex ἀνήρ oblivious. Germ. die Schlaffsucht.

**LEUCE** est mutatio, in qua pili, cutis & nonnun- quam subiectæ carnes in album colorem mutantur; caro acu puncta non sentit, nec sanguinem emittit sed humorem lacteum. Dicta est λευκὴ à populo al- ba: quoniam, ut in illa arbore, sunt veluti quædam lanugines, sic in isto affectu apparet albedo in ipsa; differt ab *Alpha*, quod *Leuce* altius penetrat & cutim mutat, ita ut etiam pili immutentur. A λευκὸς albus reddo. Arabibus *Albaras alba*.

**LEUCOMA**, est cicatrix alba in cornea oculi tunica. A λευκὸς albus. Germ. ein weißer Fleck auf dem Auge.

**LEUCOPHAGUM**, fit ex amygdalis in aqua rosarum maceratis, & carne caponis vel perdicis elixa, tusa & per seraceum trajecta: usus est in phthisi. Ex λευκὸς album, & φάγη edo.

**LEUCOPHLEGMATIA**, est anasarca pituitosa, sive hydrops per totius corporis ambitum. Ex λευκὸς al- bum, & φλέγμα pituita:

**LICNEN** barbaris *Sergio* sive *Zerna*, *Haliabas* vocat *Petiginem*, & farpedinem; vulgus appellat *Volaticam*. *Lichenes* sunt asperitates quædam cutis, & veluti tumo- res cum pruritu multo, ex quibus materia emanat. Græci & Arabes duo fecerunt lichenum genera, alte- rum benignum & mite: alterum ferum. Atque se- cundum *Avicennam* alia humida, ex qua confricata manat ros; alia verò sicca: atque humidam magis salvam esse; siccam verò fieri à pituifa falsa conver- fa in humorem melancholicum. Et rursus scribit, a- liam etiam impetiginem excoriari ob vehementem siccitatem, & multitudinem profundationis; aliam verò non excoriari; & aliam esse ambulativam & ma- lignam,

lignum, aliam verò stantem. Alia etiam est antiqua, alia recens. Hinc liquet scabiem ipsius *Corn. Celsi* nihil aliud esse, quam lichenes ipsos Græcorum; & impetiginem Arabum. Fit in toto corpore, sed præsettim in facie & mento, ut habet *Galenus*. Est enim lichen, *iugis*: nienti in jucundissima affectio; quoniam prutiginem multam inducit, facit partium affectarum circumtensionem: periculosa est non parum, proferpit per totam faciem, oculosque interdum contingit, & tandem etiam extremam foeditatem parit. *Lichen Græcorum* est *Impetigo Plinii*, sive inæqualitas cutis; cum insigni pruritu & pustulis siccis, ad vicina serpens & extendens. Germ. det *Haar*; *Wurm*. *Lichen* etiam callus in equorum pedibus dicitur; item musci viridis species.

**LIBRA MEDICA** uncias duodecim continet, quoties enim à medicis libra præscribitur, toties unciae duodecim intelliguntur.

**LICHAS** vocantur *Polluci* mensura interstitii inter pollicem & indicem, qua veteres rerum intervalla metiebantur; continet duos palmos cum dimidio, seu decem digitos transversos.

**LICINIA** sunt, quæ ex panni linei frustulis vel ex stuppis bene pexis parantur & vulneribus ac ulceribus induntur. Germ. *Wicken*. vid. *Turunda*.

**LIEN**, vide *splen*.

**LIENTERIA** est fluxus alvi seu levitas intestinorum, quæ cibus non alteratus, per alvum egeritur. Ex *λεῖος* leve, *ἰντέρης* intestinum, & *πίων* fluo.

**LIGAMENTUM** Græcis *σύνδεσμος* est pars solida, & admodum fibrosa, ex simili fere cum cartilagine materia ortum dicens, magnitudine, numero, siti, varia, lata vel rotunda, frigida, prout ad cartilaginis aut membranæ constitutionem accedit, siccior aut humidor, durior aut mollior, minus, magisque lenta & flexilis, colligandis partibus, maximè ossibus; ad facilitorem motum destinatur. Germ. *ein Band*.

**LIGATIO** dicitur primo de deligatione Chirurgica varia. Deinde notat impotentiam generandi per fascinum & præstigias diabolicas inductam e. g. per occlusionem seræ, constrictiōnem nodi &c.

**LIGULA** idem quod clavicula; it. glottis.

**LINEA ALBA** est tendinum musculorum abdominis, concursus, exceptis rectorum tendinibus. Nam tendines obliquorum uniuntur, & ita coēunt ab utraque parte, ut quasi tunicam abdomini obductam forment ac si unicus esset tendo. Alba est & carnis expers, procedens à mucronata cartilagine ad os pubis: estque infra umbilicum angustior, quam supra.

**LINGUA** est membrum in ore contentum, à lingendo dictum, oblongum, latum, crassum, & ad radicem quidem crassius, in extremitate tenuius & acutius. Magnitudo mediocris est, ut moveri expedite posat. In exteriori linguae parte, superiori sc. regione, copiosissima quædam corpora, serie quadam disposita, ab extrema linguæ superficie foras erumpunt, & modicè incurvata unanimiter, versus posteriorem linguae partem inclinationem, positionemque habent, ita ut æmulentur pectinem carminatorium: hæc corpora cartilaginosa in bove præcipue videntur eam refrete figuram quam aprinus dens; in parte inferiori concavitatem quandam exhibent; componuntur ex densa & tenaci materia, fibrosa, quæ quasi virgularum aggeries videtur; circa linguæ latera gracilescunt, ut sere oblitterentur & in basi eorum loco membranosa quædam corpora collocantur, quæ conum, mox obtusiorem papillam æmulantur: singula exposita cornua exteriori linguae membrana investiuntur; firmiter inplantantur in tenaciori quadam linguæ tunica, & subjecta mucosa, seu nervosa substantia, iis præcipue in locis, ubi insignes foveæ pari ordine expositæ observantur, ita ut in parte interiori non exigua eorum portio emineat, quæ in mucoso quodam corpore tenaciter implantantur. Membrana hæc totam investiens

vestiens linguam in superiori ejusdem area inserta, & convoluta habet exarata cornua, & quibus in locis papillæ foras protuberant, attenuantur & gracilescunt, & in minimæ cucurbitulæ figuram excavantur; minimi in hoc tubere observantur potuli. Hac detracta sese offert glutinosa quædam substantia, & alba est, ubi nequitur Membrana; subnigra autem, ubi partem interiorem tangit; conspicua foramina singulis exaratis cornibus respondentia habet; inter quæ innumeri & exigui meatus ad extimam linguae superficiem hiant. Deinde, in conspectum sese offert nervosum & papillare corpus subflavum, quod membranæ instar excurrit, papillas etiam nerveas insignes miro ordine dispositas promit. Succedunt alterius ordinis papillæ copiosiores enarratis; quot enim cornua exterius linguam tegunt, tot etiam hujus generis nerveæ papillæ intus reperiuntur; haec exortæ à communi papillari corpore, in mediocrem altitudinem elevantur, & ab extremo capite nerveas propagines ulterius emittunt, circa haec conspiciuntur innumeræ papillæ idem exordium sortitæ & ad eandem altitudinem elevatae, graciliores tamen, quæ coni figuram referentes, proprios sinus in jam exarata muscosa substantia excitatos subintrantes, tandem desinunt versus extinam membranam. Dicta papillaria corpora constituunt subjectum gustus proximum. Porro linguae substantia muscosa est. Centrum autem linguae ex multiplici fibrarum genere constat, longis, transversis & obliquis, quæ identidem invicem per superequitationem intextæ colliguntur, ita ut fiat veluti teges Musculis peculiaribus movetur, quibus retrahitur & abbreviatur. Musculorum paria sunt *Styloglossum*, *Basioglossum*, *Genioglossum*, *Ceratoglossum* & *Myloglossum*. Græcis γλῶσσα & γλωττα. G. die Junge.

**LINIMENTUM**, est medicamentum externum, consistens inter oleum & unguentum media.

**LIPODERMUS**, est vitium cuticulae, glandem colis

investientis, adeo ut non possit retrahi. Item præputii absentia. Ex λέιπειν deficio, & δέρμα cutis.

LIPOPSYCHIA, est leve animi deliquium, sive virium prostratio. Ex λέιπειν deficio, & ψυχή anima.

LIPOTHYMBIA, sive *Defectus animi* Plin. *defectio anima* Celso, *deliquium animi*, λέιπειν θυμός Philoteo. λέιπειν ψυχία Hippocr. sive insignis vivificationis læsio, est magna virium omnium prostratio, ex sufficientis copiæ spirituum & caloris in cor aliasque partes, impulsorum defectu. Hæc si magna fuerit. Syncope vocatur. Ex λέιπειν deficio, & θυμός animus. Germ. ein Ohnmacht.

LIPPITUDO idem quod *ophthalmia*.

LIPYRIA, est febris continua, in qua simul externa frigent & interna uruntur: contingit ut plurimum ex inflammationibus viscerum internorum, ventriculi, hepatis, lienis, aliorumque. Ex λέιπειν deficio, & πῦρ ignis.

LIQUATIO primò idem denotat quod liquefactio, de qua paulo post. Deinde tribuitur in specie metallicis corporibus, quando ex solido statu in fluidum mutantur ope ignis; Unde metallis propria est liquiditas. Nonnunquam etiam sumitur pro *deliquatione* salium.

LIQUEFACTIO est solutio integra præcipue pinguium & gummatosorum igne lento facta, tum depurandi, tum miscendi gratia.

LIQUOR late de omni liquido dicitur, præ cæteris de humore, qui ex plantis incisis sponte profluit, ut liquor betulae. Strictè verò notat medicamentum liquidum, mediante deliquio vel deliquatione patatum. Sic liquor salis tartari est 0° 0' per deliquum. Sic liquor ♂lis & fl. Θ\* ci ♂lius sola deliquatione paratur &c. Aliquando tamen deliquio substituitur solutio. Sic in liquore CC. succinato solvuntur Θia volat, in spiritu.

LITHIASIS, est calculi in renibus, vesica, aliisque in partibus generatio. A λιθία calculos patior, calculis labore. Germ. der Stein.

LITHOIDES, est os petrosum, sic ob duritiem lapideam appellatum. Ex λιθοί, lapis, & ἀριθμός forma.

LITHONTRIPTICA, sunt medicamenta saxifraga, si-  
ve quæ calculum frangunt, & conterunt. Ex λιθοσ  
lapis, & τριπτός tero.

LITHOTOMIA, est chirurgica calculorum è vesica sectio: & hoc modo procedit. Imponit Lithotomus, ægrotantem alicujus robusti sinui, pulvinari molli in strato, postquam ter, quaterve ex loco altiori in inferiorem profiliit, mox manum utrinque validè plantæ pedis alligat, genua verò utrinque adstantes duo ministri detinent, ita ut quam maximè à se invicem à se invicem distent. Deinde primum sinistræ manus digitum solum, aut si necessitas exegerit, duos priores, oleo liliorum alborum madefacit, eosque in anum immittit, dextrâ verò pubis superiora leviter comprimit, ut hoc modo ab osse pubis ad perinæum transferatur calculus, quem qvum digitis dictis eo adeget sinistro lateri inter testiculos & anum, proximè ad futuram perinæi, cultro utrinque acuminato vulnus pro calculi magnitudine infligit, calculo tenus cultrum deducendo: & vulnere si sua sponte, aut digitorum insertorum propulsione, exire detrectet calculus, forcipe, aut quod præstat cochleari sive lapi-dillo eum foras trahit. Extracto calculo, vinculis omnibus solutis, vulnus obligat modo debito, sanguinem sistentibus adhibitis mediis, breve tempore ut consolidetur curam adhibet, ne urinæ per locum vulneratum stillicidio laboret æger. Hic modus *Apparatus minor* vocatur, & in pueris imprimis locum habet, licet sæpe in adultis hisce in regionibus instituatur. In *Apparatu majore* verò, æger eodem modo ut supra, bene ligatus mensæ imponitur, & in ea de-tinetur, mox *itinerarium* per urethram in vesicam in-

tromittit chirurgus usque ad calculum, factoque foramine, ut supra, in sulcum itinerarii per vulnus *conductorem* immittit, deinde itinerario ex urethra ablatto, per vulnus inflatum *forcipem*, lapidillum, aut instrumentum aliud, detrahendo calcalo accommodatum, immittit, quo sic & apprehendere calculum & foras educere queat. Hoc facto, deligatio vulneris & consolidatio instituitur ut in pueris, adhibitat, si nimis magnum fuerit, suturâ, impositâque ad dies duos aut tres cannulâ argenteâ, evacuationi sanguinis concreti, pituitæ, urinæque arenosæ apta. Occurrit adhuc alias calculos extrahendi modus, nempe foramine in abdomine facto, calculus ex fundo vesicæ excinditur, & hoc modo nunquam stillicidium est expectandum. Ex *λίθῳ* lapis, & *πέμψις* incido. Germ. das Steinschneiden.

**LITHOTOMUS** est chirurgus secândis calculis peritus. Ex *λίθῳ* lapis, & *πέμψις* seco. Germ. ein Steinschneider.

**LIXIVIUM** est liquor salinus mediante aqua ex cineribus paratus, dum scilicet aqua tanquam solvens proportionatum salia in cineribus hærentia fibi junxit. Germ. Lauge.

**LIXIVIOSUM** vel **LIXIVUM SAL** idem est quod **Sal Alcali**.

**LOBUS** Botanicis denotat siliquam, quæ legumina continet. Anatomicis verò lobî sunt extremitates hepatis, pulmonum, diversæ, in quas, tanquam partes, natuta hæc viscera divisit.

**LOBUS AURIS**, est auricula, sive inferior pars auris. Germ. das Ohrklappgen.

**LOCALIA MEDICAMENTA**, sunt quæ externè applicantur, ut emplastra; linimenta unguenta &c.

**LOCH** *Lochob* idem quod *Ecligma*.

**LOCHIA** sunt puerarum expurgamenta post fætus & secundinarum exclusionem, prodeuntia: A. *λοχεῖα*

*χειρού* cubo; unde λέξη lectus, & λεκανίδες ὥστε tempora partus. Germ. die Reinigung.

LOCHOSCH idem quod *Ecligma*.

LOCUS dicitur medicis pars affecta seu membrum, quod tanquam subjectum morbum sustinet. Opponitur *foco*, qui denotat subjectum causæ.

LOIMOGRAPHIA est descriptio morborum contagionorum. Ex λοιμῷ venenum, pestiferum, & γερόφω scribo.

LOIMOS, est venenum pestilentiale, quod oritur ex nitro aëreo particulis heterogeneis numis exaltato & aculeato, quod, inspirando sanguinem & spiritus animales, inficit & corruptit. Græcis λοιμὸς παρέχεται λεπτεῖν id est à deficiendo, quia hominum defectum inducit: seu ut aliis placet παρέχεται λιμός, à fame. Unde proverbium Græcum κῆλιμος λοιμὸς pestis post famam.

LONGANON sive intestinum ultimum. Item αἰτιολογούμενος δακτύλιος, aëchus Hippocrati, vide regnum intestinum.

LOPIDOIDES, idem quod *Lepidoides*.

LORDOSIS, est spinae dorsi in anteriora curvatio. A λορδῶ in anteriora curvo.

LOTIO est quodammodo balneum particulare, quo caput, axillæ, manus, pedes & naturalia abluuntur, idque decoctis medicamentofis. Lavantur etiam nonnulla medicamenta, idque propter eorum falsedinem, & acrimoniam, ut in calce, tutia aliisque lapidibus contingit. Lotione etiam purificantur metallica corpora à particulis terreis, id quod etiam valet de cinab. nativa.

LOTIUM, vide *Uron*.

LOZONGAE sunt idem quod *Morsuli*.

LUES VENEREA, morbus Gallicus, Italicus, Hispanicus, Siphylis *Fracastor*. παρέχεται σίνει τὰ φύλα. Est intemperies maligna & contagiosa, ex materia virulenta ab alio infecto, vel concubitu, aliove impuro

puro contactu communicata, ortum ducens; cum capillorum defluvio, maculis, tuberculis, ulceribus, cruciatibus, prout ad varias corporis partes delata, sit contagiosa, multisque aliis symptomatis sæviens Germ. die Franzosen.

LUMBAGO est dolor in musculis lumborum à Itie scorbutica obsessis, ita ut æger sese recto situ tenere cogatur. G. Lenden. Schmerzen.

LUMBRICI seu vermes sunt animalcula ex semine sui generis in putredine p. n. in corpore nostro producta: suntque vel rotundi, cucurbitini, dracunculi, ascarides &c. Germ. Würme.

LUPIA est tumor p. n. sive protuberantia, fabæ Turcicæ magnitudine, quidam pro Meliceride accipiunt, alii pro ganglione.

LUPINUS, Græcè ἥριος dimidiæ drachmæ æquatur. *Danich* Arabibus: quod tamen *Ferneline* solum gr. VI. *Agricole* & *Mercuriali* VIII, sive tertiam scrupuli partem pendet. *Drachma* pendet lupinos novem; *Siliqua* dimidium; lupini tres scrupulum pendente.

LUPUS est species cancri crura & tibias occupans.

LUSCOSITAS est vitium visus, quando objecta non nisi proximè oculo admota conspici possunt.

LUTATIO, est vasorum chimicorum lutatio sive obsignatio mediante luto.

LUTUM in Chimicis notat magma quoddam conglutinandis & obturandis vasis tam vitreis, quam terreis aptum; quale conficitur vel ex luto communium laterum pulvere; vel farina & aqua; vel caseo vetusto & calce viva cum albumime ovorum, vel aliis.

LUXATIO, est recessus ossis è proprietate situ & loco, in alienam sedem, motum arbitrarium impediens.

LYCANTHROPIA, est *rabies Hydrophobia*, à rabido lupo excitata, in qua homines luporum ululatus imitantur.

tantur. Ex λύκος lupus, & ἄρχατος homo, vide *Hydrophobia*. Germ. *Wolfs-Biss*.

**LYCOIDES**, est insania luporum instar, à semine retento, excitata. Ex λύκος lupus, & εἴδος, forma.

**LYGMOS**, λύγξ, singultus, est motus convulsivus nervorum æsophagum, ventriculum & diaphragma perreptantium, per intervalla rediens. *Causa* ejus est res molesta has partes vellicans. A λύξι singultio.

**LYMPHA** est humor limpidus, constans ex sero, quod à sangvine in glandulis continuo sequestratur, cui spirituum animalium quantitas conjungitur, & denuo per vasa propria (*lymphatica*) in sanguinis serum exantlatur. Sumitur aliquando pro aqua illa, quæ puncturis nervorum aliisque vulneribus effluit, & revera non ex ipsis nervis, sed ex vasibus lymphaticis sectis & sauciatis provenit. Germ. *Glied-Wasser*.

**LYMPHATICA VASA**, vide *Vena Lymphatica*.

**LYNX**; idem quod *Lygnus*.

**LYSIS**, λύσις Dicitur de cessatione morbi lenta, quæ opponitur *recessu*.

**LYTERIA**, est signum solutionis magni morbi. A λύω solvo.

## M.

**M**m. litera notat in formulis remediorum manipulum.

**MACROCOSMUS**, est mundus magnus, sive totum universum. Dicitur de omnibus aliis, quæ extra hominem sunt & mundum constituunt. Homo vero cum mundo comparatus dicitur *microcosmus*, unde consensum quandam singularem inter utrumque statuunt nonnulli; quo vero fundamento ille nitatur, nondum patet. Ex μακρός magnus, & κόσμος mundus.

**MACULA** in medicina denotat efflorescentiam cutaneam, quæ colorem cuticulæ immutat, quales variæ in variis morbis deprehenduntur.

**MACULA EPATICA**, est macula fuscæ coloris, vel ex flavo nigricantis, lata, palmi magnitudine, inguina imprimis & pectus ac dorsum occupans, immo totum pectus interdum obtegens, cum cutis quadam levi asperitate, quæ squaminas aut furfures quasi emitit, quæ tamen non uno loco haerent, sed hinc inde disseminantur, & modo evanescunt, modo rursus emergunt. Causa est sanguinis scorbuticus illis in locis stagnans. G. Lebers Flecken.

**MACULA MATRICALIS**, *Nebus* Cic. καλύπτωσις, πίλωσις, σπιλοῦς, est macula quæ cum foetu nascitur, obfuscæ coloris, Germ. ein Mutter-Mahl.

**MACULA VOLATICA** est macula rubra, vel pupurea in cute hinc inde serpens, quæ si orificium aliquod, os puta, nares, oculos, aures, nates attingit, & eousque penetret, malum lethale fit; infantibus infestum.

**MADAROSIS**, est capitis glabrities, sive capillorum defluvium. A μαδαρά levis & depilis sum. Germ. das Ausfallen der Haare.

**MAGDALEONES**, sunt cylindraceæ emplastrorum ut & sulphuris masse. A μαδαρά pinso. Germ. Röcken von Salbe oder Schwefel.

**MAGISTERIUM**, pulverem designat propriè solutio ne ac præcipitatione paratum; impropriè resinosam materiam simili modo productam, utpote quæ verius extracti nomine donantur. Magisteria ut variæ sunt, ita & variè parantur; semper materiæ siccæ, si fieri potest pulverisatae, aut si necessarium, calcinatae, affunditur liquor solvens, qui pro diversitate ejus diversus est, acetum simplex aut destillatum, tum per se, tum acuatum per spiritum nitri, vitrioli, salis &c. immo hæc sola in mineralibus & animalibus; lixivium ex sale tartari, & aqua paratum in vegetabilibus, spiritus vini in sulphureis, hoc est oleosa parte præditis sujectis, hæc tamen magis ad extracta spectant. Solido affunditur liquor præcipitationem efficere valens,

lens, ex specialibus cognoscendus, fere ol. tart. per deliquum, urina, aqua falsa, spir. vitrioli, nitri &c. In mineralibus & animalibus, aqua communis, aut aluminosa in vegetabilibus; & secedet ad fundum vitri Coagulum exsiccandum, & si necessitas urgeat, primum edulcorandum, postea ignendum. A modo substantiae varias accipiunt denominations; alia enim plumacea, butyracea &c, vocantur. A recentioribus Chimici nullius aestimantur pretii, & merito pulvis simplex ipsis praefertur.

MAGISTRALLA MEDICAMENTA sunt, quæ à Medicis ad varios scopos & usus in officinis prescribi solent, *usualia* vulgo appellantur: quia eorum usus frequens est.

MAGMA sunt faeces post succorum expressionem relictæ. A μάστω pinso, subigo.

MAGNETISMUS est terminus & figmentum Hemonianum, quo effectus nonnullos physicos & medicos explicare nititur. Quasi vero in pluribus rebus similis motus daretur, ut in magnete & marte.

MALACIA est fames depravata, qua ab usu humano aliena appetuntur, ut creta, calx, carbones &c.

MALACODERMOS est epitheton animalium mollem cutem habentium, cuius oppositum est *ostracodermos* seu testaceus.

MALACTICA sive emollientia sunt, quæ mediocri sua calefaciendi & humectandi facultate, partes inter se firmius cohærentes, dissolvendo & nonnulla dissipando, molles reddunt. *Malagma* idem majoribus sonat, quod *cataplasma*. A μαλάσσω emolloio.

MALAGMA idem quod *Malacticum*.

MALAXARE dicitur de emplastris durioribus, quando cum oleis ad debitam mollietatem revocantur, ut alutæ vel linteis induci possint.

MALIGNITAS in morbis dicitur insignis & peculiaris laesio proportionis in sanguine & spiritibus, quæ cum vita diu persistere non potest: unde virium o-

nnium.

innium prostrationem continuo comitem habet. Oritur frequentissime à contagio.

MALIGNUS MORBUS est qui sævit vehementius, quam natura ejus præ se fert, ob malignitatem præsentem ut febris pestilens, ulcus cacoethes &c.

MALLEUS est ex osiculis illis quatuor in aure contentis unum.

MALLEUS PEDIS, vide *Malleolus*.

MALLEOLUS sive *malleus σφυρόν πίγα* Polluci, est duplex, *externus* qui est inferior in pede ossis fibulæ processus: vel *internus* estque processus inferior ossis tibiæ. die Knorn am Fusse.

MALTHACODE, est medicamentum cerâ emollientum. A μαλάσσα emollio, μάλη est cera emollita.

MALUM MORTUUM, est scabiei genus (ita dictum quod corpus nigrum & quasi mortificatum appetat) cum livore & nigredine, ac pustulis crustosis, nigris sædis, sine sanie & sensu ac dolore, in coxis & tibiis praesertim sæviens.

MAMMÀ, *Mammilla, uber.* Grammaticorum senatus curiosior *ubera* interiora, *mammas* ipsas eminentias dici voluit, μαξος, μαξις, πτερος, πτεριος, μηλος *Suidæ* ob mali in rotunditate similitudinem. ὑπερ Hom. πτερος *Suidæ*. Uter propriè pro ubere animalium sumitur. Est corpus globosum, album & molle, untrinque musculo pectorali incumbens, intus ex glandulis conglomeratis constructum, quo mediante lac à sangvine arterioso segregatur, & per tubulos minimos, papillam transeuntes, foras in usum fœtus convehitur. Germ. Brüstei Ziæten.

MAMMIFORMES PROCESSUS sunt duas ossis occipitis apophyses.

MAMMILLA, idem quod *Mamma*.

MANDIBULA, MAXILLA. μανδιβουλη σταγων, μέρος πάνεια, γνάθος. Estque superior vel inferior. Superior è duodecim componitur ossibus utrimque sex. I. ad angulum oculi externum, & cum processu ossis temporum

porum anteriore conjunctum, apophysi suâos jugale producit, 2. oculi canthum internum constituit, meatu præditum amplo, per quem ad nares redundans oculorum humiditas descendit. 3. intra oculi orbitam, reliquis duobus interpositum. 4. maximum omnium, genatum, & palati potissimam absolvit partem, dentiumque cavernis elaboratum. 5. juxta cum pari suo nasum constituit. 6. extrema palati cum osse socio terminat: atque hæc omnia harmoniis potius, quam futuris combinantur. *Inferior* verò vigente ætate in os unicum coalescit, duritie, crassitudine, adeoque robore insigne, processus attollit duos, acutum unum, qui Corone, tum retusum alterum, qui in capituli formam collectus *condylus* appellatur. Foramina interna duo, totidemque externa nervis egressum concedentia; inferiores dentes cavernulis excipit, & ossi petroso coarticulatur. Germ. *Kinn-Baden*.

MANGONIUM est artificium adulterandi medicamenta, ut ea quæ pessimæ sunt notæ pro optimis habeantur.

MANIA est imaginationis & judicii depravatio, cum excandescientia sine febre & timore: Oritur à spiritibus animalibus, sulphureo salinis & aquæ stygiæ æmulis, qui non per consensum, sed suo Marte impetus & furores immânes in corpore concitant. A μανία furor, insanio. *Furor* Ciceroni, *Mania* Aurel. *Rabies* Horat. Græcis μανία, μανία ἵξουσις; μανία. Germ. *Tollheit / Raserei*.

MANICA HIPPOCRATIS est sacculus laneus, figura pyramidali, quo vina aromaticâ & medicamentosa, aliquie liquores percolantur. Ex ~~τελού~~ sub, & ~~χεργίνη~~ misceo. Germ. *ein Hippocras-Sack*.

MANIODES, est delirium Manie simile. A μανία furor, & ~~τέλος~~ forma.

MANIPULUS est mensura sicca Medicis in præscribendis formulis, familiaris: est enim determinata quantitas, quantum sc. unica manu comprehendî potest;

test; hoc pondere plerumque herbas metuntur. *Manipulus Celsi*, quod *Scribonio Largo* fasciculus, *Simpleri* àndicio in nomencl. Rei Numar. fol. 89. Quo sentu*Eftbo* cap. I. §. 1. de remed. formal. definitur fasciculus, qui manu comprehendendi potest, *Rondeletio* cap. 2. Meth. cur. p. 17. cæterisque omnibus à Manipulo differt fasciculus, nisi forte cum *Agricola* lib. 2. de extern. pond. *δισιδος χερωλης* intelligendum. *Heurnius* lib. I Meth. Prax. utriusqne discriminis explicatius tradidit, cui fasciculus, quantum plicatis brachiis capi potest. *Osidius* de Medic. faciei, manipulum scite circumscriptis: Quantum manus una prehendat. Germ. eine Handvoll.

**MANUS CHRISTI**, est sacharum perlatum, sic dicitur quod cardiacis ingreditur, quo utuntur morte proximi.

**MARASMODES**, est febris, quæ lento gradu tabem accersit, vel potius est febris hecticæ summus gradus. Ex *μαρασμός* tabes, & *ἡκτία* forma. Germ. ein abzehrrend Fieber.

**MARASMUS** est tabes corporis ex defectu succi nutritii orta, sive id fiat citra febrim, sive cum febri, potissimum hectica. Sic marasmus senilis citra febrim contingit.

**MARGA** est terra pinguis & quasi medulla saxonum inter saxa, dum franguntur, reperiunda.

**MARISCA**, idem quod *Ficus*.

**MARMARYGÆ**, sunt oculorum fulgores & coruscationes. A *μαργύριον* resplendeo. Germani dicunt das Feuer springt aus den Augen.

**MARMELADA**, est succus cydoniorum in gelatinam crassiusculam cum saccharo condensatus: eaque tum simplex est, tum aromatisata, idque pro usu domestico.

**MARMORATA AURUM** sunt aurum quædam sortes, quæ in meatu auditorio ab arteriolarum ostiis ibidem deponuntur vel cartilaginibus exudantur.

Græcis

Græcis χυψιλίς & inde χυψιλόβυστα nuncupantur. Item ἄτωρ ῥυπόν, aurum sordes, vide *Cerumina*.

MARS præter planetam in cœlis denotat Medicis ferrum, unde omnia medicamenta ex ferro parata *martialia* audiunt.

MARTIUS PANIS notat confectionem amygdalatum siccum. Germ. ein *Marcipan*.

MASLACH denotat medicamentum compositum Turcis familiare, quo se se armant ad prælia, ut quævis pericula sine metu aggrediantur. Ejus primarium ingrediens opium esse plurimi autumant.

MASSETERES, sunt musculi maxillæ inferioris, à maxilla superiore & osse jugali producti, maxillæ inferiori connectuntur, atque eam dextrorsum, lævorsum, & antrorsum ob fibrarum diversitatem, commovere possunt. A μαστάρους manduco.

MASTICATIO, est actio, quæ cibos dentibus compminuit & salivam in ore admiscet. Germ. die *Rensung*.

MASTICATORIUM, est Medicamentum, quod dentibus masticatur, ad salivam excitandam, ex *Pyreto*, *sale*, *mastiche* &c. præparatum.

MASTOIDES, sunt processus mammiformes, qui à latiore basi in obtusum verticem protenduntur, & vaccinum uber figuræ similitudine exprimunt. Item musculi capitis flexorii, à sterno & clavicula orti, qui in mammiformem processum terminantur. Ex μαστίς mamma, & ἡδες forma.

MASTOS, idem quod *Mamma*.

MATER DURA est membrana, quæ cranio intus in quibusdam locis firmiter adhæret, cerebrumque & cerebellum mediatè obducit; quatuor habet sinūs, quā vicem venarum sustinent, & inter cerebrum & cerebellum simul convenient, quæ conjunctio ab *Heraclito Torcular* vocatur. Germ. das dicke *Hautlein*.

MATER TENUIS est membrana, quæ cerebrum & cere-

cerebellum immediatè investit, vasculis sanguineis quam uberrimè perfusa; ne spiritus animales à cerebro, cerebelloque generati avolent, apta natæ. Germ. das dünne oder zarte Hirn, Häutlein.

MATRACIUM, nihil aliud est quam sacculus, cui inest tartarus calcinatus vel aliud, qui etiam interpungitur in modum crucis, ut liquores inde in cella humida resolvantur.

MATRIX, idem quod *Uterus*.

MATURATIO Medicis in specie denotat dispositiōnem sanguinis extravasati & in pus mutati, qua hoc ad exitum aptum redditur. Germ. die Reifung eis nes Geschwüres.

MAXILLA SUPERIOR, ei ossa sunt undecim, utrinque lateri quinque & unum sine pari. 1. In cantho oculi minore. 2. In cantho oculi majore. 3. Quod maximum, maximam palati regionem constituit, & inferius dentes superiores continet. 4. Cum suo compari constituit partem nasi eminentiorem. 5. Ad palati extremum, ubi naritum foramina ad fauces tendunt, situm est, vide *Mandibula*.

MAXILLA INFERIOR est, quæ inferiores dentes continet: utrumque duos processus habet, anterior *Coronæ*; posterior verò *Condylus* vocatur, vide *Mandibula*.

MEATUS AUDITORIUS, à concha autis internæ incipit, & tenui cutis amictu ad otas usque tympani vestitur: Usus est, aërem & species audibles excipere, & aurium sudamina five aurium marmoratum continere.

MEATUS URINARIUS, vide *urethra*.

MECONIUM, est opium five condensatus papaveris succus. Item excrementa fætus, post partum intestinis adhuc inhærentia, à papaveris succi nigredine sic dicta. A μέκωνας papaver.

MECONOLOGIA, est opii descriptio. Ex μέκωνας papaver, & λόγος dico.

MEDIANA VENA, est vena illa in cubiti flexura inter

inter Cephalicam & Basilicam media: ea sine periculo secatur, quia ei neque nervus neque arteria subjacet, Germ. die Medianus-Ulter.

MEDIASTINUM est pleuræ membranæ duplicatura, pulmones cæteraque pectoris viscera in duas partes dividens; posterius à dorsi vertebris ortum dicitur; anterius porrecta, sternum attingit & septimentum hoc constituit.

MEDICAMENTUM, est auxilium conveniens, quo cum alteratione morbi impugnantur, eo fine, ut sanitas in integrum restituatur: vel medicamentum est quicquid corporis affectum p. n. depellit. Estque vel *attuale*, quod primo contactu corpus nostrum eâ, quâ præditum est, qualitate afficit: ut ferrum candens, aqua frigida; vel *potentiale*, cuius vis non primo contactu, sed tum demum sese exerit, cum illa ex aliqua in corpore mora, in medicamento excitatur, ut piper, raphanus, salia acria &c. Deinde medicamentum vel primis vel secundis, vel tertii facultatibus est præditum, cæque omnes à temperamento & varia particularum in corpore nostro actione innotescunt. Medicamentum est triplex chirurgia, pharmaca & balsus ratio. Vocatur etiam medicamen, ιαμα, φάρμακος, λυτήρειος, αλέξιος, remedium, juvans & indicatum. Germ. ein Hülffs-Mittel zur Gesundheit.

MEDICINA est ars naturæ ministra, per convenientia remedia, quantum possibile est, faciendi sanitatem in corpore humano. A Galeno definitur à fine, quod sit *ars presentis sanitatis conservatrix, & labefactata instauratrix* & libro introductorio, *scientia sanitatis protectrix, & morborum expultrix*. Ab Hippocrate vero libro de flatibus, ex effectis, *adjectio quidem deficientium, detracatio vero redundantium*. Ab Heropbilo autem ex subjectis, *scientia salubrium, insalubrium & neutrorum*. Medendi Methodus, à clarissimo Sylio de le Boe, sic definitur *ars inveniendi & rite usurpandi Remedia reparanda ac restituenda saletudini amisse maximè convenientia*.

dicina à *Senerto* aliisque recte in quinque partes dividitur; in *Physiogiam* nempe, in qua agitur de constitutione humana quatenus sana; ad hanc etiam pertinet *Anatomia*. 2. *Pathogiam*, in qua agitur de præternaturali corporis nostri constitutione. 3. *Semioticam*, de signis sanitatis & morborum. 4. *Hygieinam*, quæ de regimine sanitatis conservandæ leges pronuntiat. 5. Et *Therapeuticam*, quæ docet *Dietam*, *Chirurgiam*, & *Pharmaciam*. Prima & generalis Medicinæ divisio bimembbris tantum est, & una medicinæ partem *Theoricam* constituit, altera verò *Practicam*. Medicinæ subjectum est corpus humanum quatenus sanabile: ejusque scopus seu finis est *sanitas*. Hippocrates vocat eam, *artem longam* cum dicit ἡ δὲ πέχη μαρτῆ, è contra Paracelsus eam ponit *brevem*. Quidam Arabes eam *μικροτέχνη* appellantur, artem parvam, Revera tamen ars magna & longa est, ita ut merito exclamare cogimus, *quantum est quod nescimus*. Gr. ab *ἰαομενῷ*, medior. *iareanū* medicina.

MEDICINALIS DIES, vide *Critici dies*.

MEDICUS est vir artis Medicæ summè gnarus, modestus, sobrius, & humanus; de quo cecinit poëtarum princeps *Homerus*. lib. iliad. XI.

*Ἴντρος οὐδὲ πολλῶν ἀνάγκης οὐδὲ πάθων.*

hoc est: *Medicus enim vir multis anteponendus alius*, & lib. odyss. IV.

*Ἴντρος δε ἵκαστος ἴντεμπος οὐδὲ πάθων.*

*Ἄνθρωπος, οὐδὲ Παιώνος εἰσι γείθλοι.*

Hoc est:

*Unusquisque Medicus peritus supra omnes*

*Homines est: sane enim Pæonis sunt ex generatione.*  
Et Hippocrates lib. de dec. orn. cap. v. *ἴντρος οὐδὲ φιλόσοφος ιοδής*. *Medicus enim Philosopus est Deo aequalis*. Jul. Cæs. Scaliger hoc modo medicum recte descripsisse videtur, quod opertet esse virum doctum, probum, lenem, diligentem, maturum, fortunatum, *Deo fretum*, non sua vel scientia, vel opera, vel successu tumi-

tumidum, aut pecuniae deditum. Quide[m] nummos  
exigunt dum morbus urget, juxta distichon :

*Exige dum dolor est, nam postquam pena recessit:*

*Audebit sanus dicere, multa dedi;*

quandoque & Medici falluntur, ita ut à debita mercede preventur, secundum illud :

*Medicis in Morbis totus promittitur orbis,*

*Mox fugit à Mente Medicus, morbo recedente.*

non pauci Medici sunt, qui versiculum hunc spe[n]tant :

*Dat Galenus opes, dat Justinianus honores.*

Nec non :

*Theologis animum subjecit Lapsus Adami*

*Et corpus Medicis, & bona Juridici.*

MEDITULLIUM est medium cujusque rei; e.g. meditullium cerebri.

MEDIUS VENTER, vide Thorax.

MEDULLA in Mineralogia partem molliusculam denotat, quæ in saxis nonnunquam reperiatur. Germ. Stein-Marc. In phytologia medianam cuiuslibet partem molliorem & præstantiorem refert, quam & cor matricemve appellant, Germ. das Marc in den Bäumen.

MEDULLA CEREBRI: est substantia alba & mollis, exterius corticali substantia obducitur, quæ magis cinerea est intus corpus callosum constituit: in ea fit spirituum animalium distributio & imaginatio. Malpighius eam ex innumeris filamentis constare affirmat. Germ. der innere Theil des Gehirns.

MEDULLA OBLONGATA, est initium spinalis medullæ, à quâ nervi intra cranium originem sumunt, quæ per foramen occipitis & vertebrarum usque ad os sacrum descendit, ex suis lateribus decem nervorum paria ad thoracem, abdomen & artus emittit. Etiam sensorium commune & ~~neurorum~~ ~~sensorium~~ appellatur, quia ubi nervorum origo, ibi est sensuum extenorū receptio communis.

MEDULLA OSSIUM, est substantia pinguis, in ossium cavitatibus, porositatibusve ab arteriis deposita; Medulla hæc membranâ continetur, & omni prorsus sensu caret; in fistulis majoribus rubicunda est, in minoribus alba, in osibus spongiosis mollis & succulenta. Conjicere etiam licet, duntaxat exudationes osium esse, ex eo, quod ossa plus materiae sulphureæ & pinguis accipiunt, quam in nutrimentum vertere possunt, quæ deinde per ductus adiposos ejusque sacculos, ad osium interior afluunt, postea à venis recipitur & in sinum sanguinis deponitur Græcis μυελός G. das March.

MEDULLA SPINALIS, sive cauda cerebri Gr. μύελος παχίς, τωναῖς, διαυχέντης, ψάμη Galeno. Est illa pars, quæ per annulos vertebrales descendit & in os sacrum terminatur, habet naturam eandem & usum cum cerebro; nervorum coagmentatio est, quorum etiam usum possidet; superius bifida conspicitur; hinc si alterutra pars obstruatur, *Hemiplegia* sive paralysis unius lateris oritur. Utrumque triginta nervorum paria ad artus, ventres, cæterasque corporis partes emittit. Si convenienti liquore diligenter lavetur, in plurimas fibrillas dispescitur.

MEGALOSPLANCHNUS est, qui s. n. vel p. n. viscera magna & tumida habet. A μέγα magnum, & αὐλάχης viscus. Germ. der grosse Eingeweide hat.

MELA vel Mele est instrumentum chirurgicum, specillum dictum. Imperitum vulgus à tentando tentam vocant. Conficitur ut plurimum ex argento vel ebore, idque ad exploranda ulcera; vel calculum urethra infixum, extrahendum &c. aptum pro vario, usu varias habet formas. Gr. ἡ μελιζω trunko.

MELANAGOGA, sunt medicamenta atram billem evacuantia. Ex μέλι niger & αἴγανο educo.

MELANCHOLIA, est delirium, quo ægri sine causâ manifestâ admodum tristantur & metuunt, ac horrenda, nonnunquam etiam ridicula, imaginantur & sibi

& sibi persuadent. Oritur à spiritibus animalibus, ab indole spirituo salina, in naturam acidam, instar spiritus vitrioli, aceti, buxi, quercus &c. degenerantibus. Germ. Schwermüthigkeit. Item, dicitur atra bilis, sive sanguis niger, adustus, & salino sulphureus. Ex μέλανη nigra, & χολή bilis. Germ. Die schwarze Galle.

MELAS, vide in *Albus*.

MELICERIA idem est, quod Ichor ulcerum ferrosus. vid. *ichor*.

MELICERIS est tumor p. n. tunica conclusus, ex materia mellea ortus, indolens, rotundus, digitis facile cedens, ast illico rediens: ex particulis lymphaticis non rite circulatis originem sumere videtur, quæ, evaporato humido, massam melleam relinquunt; Eodem modo in steatomate & atheromate contingit. Ex μέλι mel, & κηρός favus.

MELICRATUM, est hydromel, sive mulsum, quod componitur ex una parte mellis & octo partibus aquæ pluvialis. Ex μέλι mel, & οργανωμένη misceo. Germ. Meet.

MELOTIS est specillum auriculare, quibus in aurum affectibus utuntur Chirurgi. Ex μέλι specillum, & ἀστράφη auris.

MEMBRANA, est substantia nervosa, fibrosa, lata, plana, alba. & dilatabilis, viscera, ventris musculos &c. investiens exquisito sensu prædita. Græc. ιμάντη Germ. ein Häutlein.

MEMBRANA CARNOSA, idem quod *Panniculus carnosus*.

MEMBRANA URINARIA, idem quod *Allantois*.

MEMBRUM est corpus organicum, ex variis similaribus partibus compositum, actionibus voluntariis perficiendis, destinatum. Germ. ein Glied.

MEMORIA, est notarum sive vestigiorum, ab objectorum motu substantiae corticali, sive plicatilibus cerebri, fibrillis, variis in locis impressorum, retentio.

Memoria residet in corticali cerebri substantia. Germ. das Gedächtniß.

MENDOSA SUTURA: sive *squammosa*. Græc. *λεπτοδοντίς* & *λεπτόδοντος σύγχρονημα*, est connexio ossium squamosa, ut in osse temporum cum bregmate apparet. Germ. eine Schub-Wand.

MENINGOPHYLAX, est meningis sive membranæ cerebri custos; ut laminæ aureæ argenteæ, quæ aperturis cranii accommodantur. Ex μένυξ membra na cerebri, & φυλάσσω custodio.

MENINX, vide *Mater dura* & *tenuis*.

MENSA, est dentium molarium pars latior, quæ cibum conficit atque comminuit, τρέπεται *Rufo*, at pars, quæ gingivam contingit, *Mauitres Poll.*

MENSES, seu menstruus sanguinis excretiones, quæ singulis mensibus proveniunt, idque ex ipso utero, non vero ex collo aut vagina. Causa dicitur materies fermentativa, in uteri substantia genita; vel materia seminalis è testibus sive ovariis feminis sanguini inspirata, quæ sanguinis massa commixta, eandem fermentat, & ita commovet, ut singulis mensibus necesse sit menstruorum fluxum pati. Incipiunt, cum juvenilæ pubescunt, anno scilicet duodecimo vel decimo quarto; desinunt vero naturaliter, in gravidis, lactantibus & effætis, ann. 40. 50. Etiam vocatur menstruum, profluviu mulierum, Lunare virus *Ophidio*, profluviu genitale *Plin.* μῆνος καθηγετεῖς γυναις, θυμος, γυναικεῖα *Theophr.* Germ. der Weiber Zeit / Monatliche Zeit.

MENSTRA ALBA, vid *Fluor Albus*.

MENSTRUUM MULIERUM, vide *Menses*.

MENSTRUUM Chemicis est liquor conveniens, quo mediante solutiones & extractiones corporum perficiuntur. Duplia sunt universale & particularia. Illud titulo *alcalhest* venire solet; Hæc vero iterum dividuntur in *aqua*, ut v simpl. vel destillatae; *sulphurea*, ut spiritus & olea: & *salina* eaque tam *acida*, ut ac-

acetum, spiritus acidi, quam lixiviosā ut Θῦτος Θυγατρί.  
C. C. &c.

MENTAGRA, est species lichenis feræ, quæ tempore Claudii adhuc incognita erat.

MENSURA in pharimaceuticis in specie notat mensuram liquidorum continentem libras duas, nonnunquam tres. Germ. ein Maass.

MESARÆUM, idem quod Mesenterium. Ex μέσῳ medium, & ἀργεῖον tenue, ob vasorum tenuitatem, quibus abundè intertexitur: unde hæc vasa Mesenterica & Mefaraica appellantur.

MESARAICA VASA, vide in Mefaraon.

MESENTERICA VASA vide Mefaraon.

MESENTERIUM, est peritonæi membrana duplicita, glandulis, nervis, arteriis, venis, vasis chyliferis, & lymphaticis dotata; Medium abdominis occupat; & intestina ordine quodam miro continet: in media glandulam magnam habet pancreas Aesellii nominatam, enī aliæ minores glandulæ circumfusæ sunt, ad eas lactea primi ordinis vasa ex intestinis tendunt, & ab hepate aliisque partibus vasa lymphica descendunt; ab hisce iterum lactea secundi ordinis vasa ad sacculum chyliferum ascendunt & in ejus sinum sese exonerant. Ex μέσῳ medium, & ἄρτης intestinum. Item Mefareum. Græc. ἐπιχορδίς Areæo. μεσοφέρον, μεσοφέρον, μεσόκον. Hippoc. αὐτοχθόν τὸ ἔργον Rufo, ἐπιχορδίς apud veteres teste Areæo.

MESERÆUM, vide Mefaraon & Mesenterium.

MESOCOLON, est pars melenterii, quæ crassis intestinalis continuatur. Ex Mefaraon medium, & κάλος intestinalis colon.

MESONUCTIUM, est media noctis pars. Ex μέσῃ media, & νύκτι nox.

MESOPHRYON dicitur ea pars faciei, quæ inter ambo supercilia media est, supra nasum ad frontis finem sita, & quia depilis est, Glabella dicitur non nullis.

MESOPLEURII, sunt musculi intercostales, in utroque latere viginti duo, undecim externi & totidem interni sunt. Ex *μεση* media, & *πλευρα* latus.

METABOLE, est temporis, aëris, vel morborum mutatio. A *μεταβολη* muto.

METACARPUS, & *Metacarpium*, est manus pars posterior, constituitur ex osiculis quatuor oblongis, volam manus expandentibus, quæ dicuntur *postpræcibalia*. Ex *ει* post, & *καρπος* manus junctura. Vocatur item *torus manus*, *tubercula*, *metacarpiorum*.

METACONDYLI, sunt extrema digitorum ossa. Ex *ει* post, & *κανδυλα* digitus

METALEPTICUS, est motus muscularum translativus. A *μεταλεπτικη* transsumo.

METALLUM, est substantia admodum solida & rigida, quæ in montibus & cryptis subterraneis invenitur: varia genera hoc versiculo continentur.

*Sol, Mars, Luna, Venus, Saturnus Jupiter, Hermes.*  
Inter metalla aurum solidissimum est, cuius tinctura magnis laudibus à chymicis effertur. Ex *ει* post, & *μεταλλο* alter, quia una inventa vena, altera invenitur; G Metall.

METALLURGUS, seu Metallicus, qui in terræ visceribus metalla scrutatur. Ex *μεταλλος* metallum, & *εργο* opus. Germ. ein Bergman.

METAPEDIUM, idem quod *Metacarpus*.

METAPHRENUM, est pars dorsi post septum transversum. Ex *ει* post, & *φρεν* præcordium.

METAPOROPOEIA idem est quod *Metapnictis*.

METAPOTOSIS, est morbi in alium morbum degeneratio: ut febris quartana in tertianam & vice versa: apoplexia in paralyсин &c. A *μεταποσια* recido, relabor, degenero, transeo.

METASTASIS, est morbi demigratio ab una parte in aliam: quod apoplecticis contingit, cum materia, ex qua cerebrum eclipsin patitur, ab eo in nervosum genus excutitur, unde paralyсин. A *μεταση* transtatuo.

MFTA-

METASYNCRISIS, est medicamenti foris applicati operatio, qua ex intimis recessibus humores evocantur. Vide *Oribasum* lib. I. cap. 34. Ex  $\alpha\gamma$  trans, &  $\omega\nu\nu\epsilon\nu\nu\alpha$  coaguento.

METATARSUS, sunt quinque pedis ossicula, tarsi ossibus connexa, quae plantam pedis constituant. Ex  $\alpha\gamma$  post, &  $\tau\alpha\mu\pi\epsilon$  crates, tarsus.

METHODICA MEDICINA, est, cuius Author fuit *Themison Laodiceus*, excultor *Thessalus Trallianus*, qui artem sex annensium spatio addisci posse clamitabat. Hi signis & causis neglectis ad laxum & strictum in omni morbo respiciebant. Ex  $\alpha\gamma$  cum, &  $\delta\delta\delta$  via.

METHODUS, est pars Medicinæ qua per indicationes auxilia inveniuntur, ut deperdita hominis sanitas restituatur. Ex  $\alpha\gamma$  cum, &  $\delta\delta\delta$  via.

METOPUM, est frons, sive pars faciei supra oculos. Ex  $\alpha\gamma$  post, &  $\omega\psi$  oculus.

METRENCHYTA, est instrumentum, quo liquores utero immittuntur. Ex  $\mu\nu\tau\epsilon\sigma$  matrix, uterus, &  $\chi\nu\omega$  fundo.

MIASMA, est inquinamentum contagiosum, quod spiritibus & sangvini (ut in peste & scorbuto) admisceatur. A  $\mu\nu\tau\epsilon\sigma$  inquino,

MICATIO sangvinis *Harbæo* aliisque denotat motum istum sangvinis internum, qui ab ejusdem partibus constituentibus volatilibus & fixioribus aëreque in pulmonibus admixto producitur & aliis fermentativus, rarefactivus motus, it. fermentatio, rarefactio sangvinis interna vocatur. In hoc motu vita proxime consistit, & eo ablato cessat.

MICROCOSMUS, sic homo dicitur quasi parvus mundus & compendium totius. A  $\mu\nu\tau\epsilon\sigma$  parvus, &  $\mu\nu\tau\epsilon\sigma$  mundus. Germ. die kleine Welt.

MICROPHTHALMUS est, qui à nativitate parvos & fissos oculos habet. Ex  $\mu\nu\tau\epsilon\sigma$  parvus, &  $\phi\varphi\lambda\mu\delta$  oculus.

MILIARIS HERPES vide *Herpes*.

**MINA** vid. *Mna.*

**MINERA** notat terram, quæ metalla & mineralia continet, ut minera martis seu ferti, minera auri, &c. Deinde significat metaphorice causam morbificam antecedentem vel remotiorem, ex qua morbus aliquis oritur ut minera febrium &c.

**MINERALIA** vocantur quæcunque ex terra ejusque visceribus eruuntur nec ad vegetabilia nec animalia referri queunt.

**MINORATIO** Medicis nonnullis vocatur evacuatio lenis & moderata, potissimum per alvum. Hinc *Minorativa* eadem sunt quæ *laxativa* seu *Lenientia*.

**MISERERE MEI** sive *Chordapfus* est vehementissimus intestinorum dolor, ab eorum inflammatione, aut involutione & motu peristaltico inverso, unde excrementa alvina superius per os excernuntur, ortus. Vide *Leon* & *Chordapfus*. Dicitur quoque *Solitus*.

**MITELLA**, est linteum, in quo brachium læsum sauciunque suspenditur. Germ. ein *Arni-Band*.

**MIVA** est caro sive pulpa mali cydonei saccharo in consistentiam spissam cocta. Germ. *Quitten-Brodt*.

**MIXTUXA** est substantia *solida* vel *liquida*, ex variis medicamentis commixta. Mixturae pro scopo, quem habet Medicus, diversitate variæ admodum sunt; guttis maximè vel cochlearibus quandoque haustu usurpare, conficiuntur autem vel ex liquoribus solis, quales sunt præcipue aquæ destillatæ, spiritus, & olea, quovis modo inter se mixtis, sic ut aquæ miscantur aquis, olea oleis, Aquæ Spiritibus, &c. vel ex iisdem cum syrups convenientibus, pulveribus, confectionibus, opiatis, sive omnia concurrent, sive unum aut alterum tantum adsumatur.

**MINA** sive *Mina*, *Attica* continet Drachmas centum, sive Uncias duodecim & semissem: *Romana* Drachmas nonaginta sex, vel Uncias duodecim: *Alexandrina*

*drina* Drachmas centum & sexaginta sive Uncias vi-ginti. Ionicè dicitur *Mria*.

MODIOLUS, est trepanum, sive Anabaptiston, que utimur in profundis osium corruptionibus, contusi-oibus; fissuris & fracturis; non facile tamen adhi-bendum, nisi primo osium prominentiae & frustula pungant. 2. Cum suprema tabula integra, sed de-pressa & infima disrupta sit. 3. Cum sanguis extra-afatus, corruptione sua, hominem jugularet. *Modus* perforationis hic est. Derasis capillis, cutis in for-mam crucis usque ad pericranium, prudenter muscu-los temporales & suturas cavendo, est incidenda, & pro hac vice vulnus obligandum, nisi sanguinis pro-fusio tam pauca sit, ut simul etiam pericranium à sub-jecto crano diduci possit: deinde post aliquot horas, ægri auribus obtutatis, Modiolum masculum sumito, cujus cuspis firmiter in crano est collocanda, sed tam procul à fissura sive fractura, ne dentibus suis eam, multo minus suturam, attingat: quanquam nonnulli suturas non magnopere vitent, & nos certiores red-dant, se eas tam feliciter, quam alia quævis loca per-forasse. Tum modiolum manu sinistra fortiter tene-to, eum dextra circumducendo, donec circulum me-diocriter profundum incideris, postea fæminam (in cujus medio nulla cuspis) accipe, & eandem ut ante circumducito: interim scobem auferto & modiolum ad lubricandum & refrigerandum in oleo & aqua tin-gito & madefac. Sanguis jam apprens signum est te ad secundam tabulam penetrasse, & tum lenius pre-mendum, ne meninx incautè lædatur, ubi vacillare incipit ossiculum, vectim inter crepidines inferito, dis-solvito, & illud volsella eximo, Græcis *χονκιος* & *χενκιος*. Germ. ein Trepan.

MOLA, *Patella* seu *rotula*, est os rotundum & la-tum, imponitur articulationi femoris & tibiae, ubi ge-nu, membranoso ligamento cingitur, exceptamola-  
Græcis

Græcis κόγχη, κόγχος μάλη, ἵππονατης ἵππουλις Hippoc. μυλικερις Hippoacti. Germ. die Knie-Scheibe.

MOLA CARNEA est substantia carnosa quandoque etiam fungosa sine ossibus & visceribus; saepe instar sanguinis concreti, nigra: & nonnunquam durissima, loco foetus præternaturaliter in utero concepta & gestata. ein Mond-Kalb.

MOLARES seu Maxillares dentes, Græc. μύλη & γόμφος vide Dentes.

MOLLIENTIA; vide emollientia.

MOLOPES, vibices enchymoma, fugillationes, idem sunt. Dicuntur rubores vibicum instar in febribus malignis & pestilentialibus producti. μάλωψ vibex. vide *enchymoma*.

MOLYNSIS, est læsio chylificationis seu digestionis ciborum. Coincidit cum *Cruditate*.

MONOCOLUM est intestinum cæcum.

MONOHEMERA, sunt morbi, qui uno die curantur, ut ephemera febris. Ex μόνη sola, una, & ipsæ dies.

MONOPAGIA, vide *Monopagia*.

MONOPEGIA est acutus capitidis dolor, unum locum occupans. Ex μόνη solum, & πηγή compingo. Germ. ein seitiger Haupt-Schmerz.

MONORCHIS est qui unum duntaxat testiculum habet.

MONS VENERIS nominatur superior pubis mulierbris pars, præ reliquis nonnihil eminentior & crispior, quam in veneris castris militaturi omnium primo concendere debent. Germ. der Venus-Berg.

MORBILLI, quasi parvi morbi, sunt maculæ rubæ, quæ à contagio in sanguine contracto excitantur, quæ neque in molem attolluntur, neque suppurrantur, à variolis ut magis & minus tantum differunt. Ab Arabibus Bothor, vocantur. Germ. die Maserin.

MORBUS est ejusmodi corporis constitutio, qua affectionibus rectè obeundis sumus inepti: vel, est constitutio hominis prava, functiones qualescunque lædens.

dens. Secundum *Sylgium de le boe* morbus est duplex, *præ& conformatio* vel *intemperie*: prava *conformatio* est sextuplex; consistit enim in Numero, Magnitudine, Figura, Cavitate, Superficie & Situ. *Intemperie* verò est, *Occulta* vel *manifesta*. *Occulta* est venenata, contagiosa, & pestilens: *Manifesta* est simplex; ut calida, frigida, humida, sicca &c. vel composita ubi plures qualitates peccant, ut Frigida & Humida, Calida & Humida &c. Morbus dicitur etiam per Idiopathiam, Protopathiam, Deuteropathiam & Sympathiam. Item morbus est Simplex, Compositus, Multus, Complicatus, Connexus, disjunctus, Magnus, Parvus, Benignus, Malignus, Brevis, Acutus, Longus, Continuus, Intermittens, Salutaris, Dubius, Lethalis, Sanabilis, insanabilis, Exquisitus, Spurius, Hæreditarius, Nativus, Adscititius, Sangvineus, Bilan-  
us, Pituitosus, Melancholicus, Vernus, Aëtivus, Autumnalis, Hybernum, Pandemius, Epidemius, Sporadicus.

MORBUS REGIUS, idem quod *Iherus*.

MORETUS mulierculis nostris usitatissimum potioris genus est, quod parari faciunt, ubi *præsumptio* imprænagationis adest, persuasum nimatum sibi habent, fallam imprægnationem eo exturbari, veram corroborari. Moretum dicitur, à Moris seu diamoro ingrediente.

MORIA, *stupiditas*, *fatuitas*, *stultitia*, *stoliditas* &c. est judicii & intellectus defectus; Oritur præcipue ab imaginationis & memoriae deliquiis. A *μοργαν* stulte ago.

MOROSIS, idem quod *Meria*.

MORPHÆA, idem quod *Alphus*.

MORS quid sit, notum, causa ejus proxima est motus sanguinis interni cessatio, sive ex defectu spirituum, sive disproportione humorum vitalium graviori, sive alia causa fit.

MORSELLI, idem quod *Morsuli*.

MOR-

MORSULI seu *Morselli, Tabula*: medicamenta sunt quadrata ut plurimum, patata ex pulveribus & simili- bus saccharo soluto suscepitis, superque tabulam li- gneam, lapideam, cupreamve effusis: ut consoliden- tur. Germ. *Morseßen*.

MORSUS CANIS RABIDI, idem quod *Cynantbro- pia*.

MORTARIOLA seu cavernæ, loculamenta sunt, quibus singuli dentes sunt infixi. *βόθροι Galeno, θλυποκοι Poll. Rufo.*

MORUM, idem quod *Pladarosis*.

MOTOS, est linteum carptum, quod ulceribus in- ditur, quo etiam sanguinis fluxus sistitur, Vulgo *Carpi*. A μοτόω linteamentum vulneribus indo.

MOTUS physice loquendo unicus tantum est nem- pe *localis*. In animalibus & homine duplex est: par- tium solidarum & fluidarum. Partium solidarum motus in genere *animalis* audit, eò quod à spiritibus animalibus tanquam causa principali producitur. Di- stinguitur in *spontaneum*, qui voluntatis imperio sub- jicitur & *non spontaneum*, qui citra voluntatem nobis nec scientibus nec volentibus contingit. Illius exem- plum sunt motus muscularum externorum, e. g. ar- tuum; hujus verò motus cordis, peristalticus intestinorum. Subjectum motus sunt fibræ motrices carneæ, sive sibi relictæ & in membranas coagmenta- tæ, ut in ventriculo & intestinis; sive in musculos perfectos collectæ.

MOTUS PERISTALTICUS, vide *Peristalticus*.

MOXA notat medicamentum ustioni cutis destina- tum, potissimum in curatione arthritidis & podagræ. Paratur verò ex lanugine artemisiae, quæ à contriti- one plantæ exsiccatæ remanet.

MUCCUS, idem quod *Mucus*.

MUCAGO, est extractio viscida mediante aqua ex seminibus, gummi radicibus &c. facta. Germ. *Schleim*.

MUCI-

MUCILAGO, idem quod *Mucago*.

MUCRO CORDIS sive *Apex*, est inferior pars cordis cuspidata.

MUCRONATUM Os, vide *Ensisformis cartilago*.

MUCUS Græcis μύεα, λίμφη, βλίστρα, κόρυζα, est excrementum liquidum, crassum & viscidum, quod ex processibus papillaribus per os cribiforme & glandulis proximis ad nares & palatum defluit.

MULIEBRIA, vide *Cunnus*.

MUMIA notat primo cadaver humanum in *Egypto* potissimum balsamatione artificiosa à putredine vindicatum. Deinde Helmontio aliisque significat corporis partem tenuissimam, spiritualem, cuique pro natura sua ingenitam, in morte & post mortem, item in excrementis aliquandiu permanentem, cum affectionum, tum virtutum ejusdem intimatum & propriissimarum plurimum abundantem, beneficio cuius, interveniente transplantatione, varii, singulares & mirandi effectus præstari possint, tum in proprio tum alieno subjecto. Hinc orta est *situs mumialis*, quæ à dicto autore ejusque asseclis pro causa curationum magneticarum aliarumque abstrusarum affertur; sed quam verè, ipsi viderint.

MUMISATIO denotat hodie præservationem cadaverum omnis generis à putredine, quæ etiam balsamatio audit. Perficitur à nonnullis maceratione in  $\textcircled{u}$   $\textcircled{\Theta}$   $\textcircled{*}$  ci,  $\textcircled{\Theta}$  e  $\textcircled{F}$ , spiritu vini rectific. aliisque liquoribus. Videatur *Clauderius de Balsamatione*.

MURIA est aqua salsa, salsugo, potissimum ex aqua parata, qua condiuntur pisces marini aliaque.

MUSCÆ CAPUT idem quod *Myocephalum*.

MUSCULUS est pars Organica, duobus tendinibus & fibroso seu carnosò ventre instructa, cuius officium est membra appensa movere. Motio illa seu contractio fit, quando à cerebro per nervos ad tendines spiritus animales fluunt, qui propter instinctus è tendinibus versus medium musculi alicujus ventrem protrahant.

ritantur, ipsumque versus medium contrahunt, iterumque actione absoluta, versus tendines recedunt. Veteres musculi corpus in caput, ventrem & caudam diviserunt, accipientes pro capite, musculi extremitatem, parti ad quam fit contractio connexam; pro cauda, musculi finem seu portionem parti movendæ insertam, pro ventre denique partem musculi intermedium, quæ carnium mole tumidior conspicitur. Deinde pro motu obeundo, supponebant musculum, circa caput & ventrem intumescere, & deinde quoad longitudinem decurtatum, partem appensam sibi proprius attrahere, sed quo ritu id fiebat, magnum apud illos silentium est. Musculi sunt vel cavitatibus vel artibus destinati, qui omnes à figuris, locis & actionibus variis diversimodo denominantur Græc. μῦς G. ein Muscel.

MYCTERES, sunt nares, sive humorum pituitosorum, per processus papillares è cerebro delabentium & stillantium, receptacula.

MYDEISIS, est corruptio sive putredo, ex nimio madore. A μυδέσω nimio humore & uligine vitior.

MYDRIASIS, est nimia pupillæ dilatatio, & diffusio visui hebetudinem adferens. Et ἀμύρως obtusè, & οὐχ, videre.

MYELOS, idem quod *Medulla osfium*, vel cerebri vel medullæ spinalis.

MYLE, idem quod *Mola genu*.

MYLOGLOSSUM, est par muscularum, quod circa dentium molarium postrema oritur, & ligamento linguae inseritur, linguamque sursum convertere perhibetur. Ex μύλη mola sive dens molaris, & γλῶττα lingua.

MYLPHÆ, sunt palpebrarum defluvia: item medicamenta adversus capillorum defluvia.

MYOCEPHALUM, est inchoatus uveæ tunicæ prolapsus, muscæ capiti similis. Ex μύιν musca, & κεφαλή caput.

Myo-

MYODES PLATTSMA, est musculosa expansio lata in collo, ibi à carnose panniculo orta. Ex μῦς musculus, ἀδερ- forma, & πλατης latus.

MYOLOGIA, est muscularum enarratio seu descriptio. Ex μῦς musculus, & λέγω narro.

MYOPIA, est quædam visus in rebus distantibus cernendis obscuritas, sed tamen in propinquis perspicacia. Ex μῦς mus, quia murium visum referunt, & ὁμοιος oculus.

MYOPIASIS, idem quod *Myopia*.

MYOPS, est qui Myopia laborat; Oritur ex eo, quod radii solares nimiè copiè intus subeuntes, obiectum percipiendum confusè cerebro repræsentant. Medemur myopiæ vitris concavis. Ex μῦς mus, & ὁμοιος oculus.

MYRACH, Arabica vox est, & idem sonat quod *Epigastrum*.

MYRACOPUM, est Unguentum lasitudinem aufertens. Ex μύρος unguentum, & κόπος labor.

MYRMÉCIA est verrucarum species, sunt thymo duriora humilioraque, quæ radices altius agunt, majoremque dolorem movent, infra lata, supra autem tenuia, minus autem sanguinis mittunt: magnitudo vix unquam lupini modum excedunt. Nascuntur in palmis aut in inferioribus partibus pedum. A μύρμηξ formica.

MYRINX, idem quod *tympanum*.

MYRON, idem quod *unguentum*.

MYROPOLA est Unguentarius, qui unguenta vendit. Ex μύρος unguentum, & πωλειον vendo.

MYRTUM, est caruncula in muliebri pudendo, circa rimam, à corrugatione vaginæ excitata.

MYSTAX, est labium superius, ejusque pili in lateribus excrescentes. A μαστίχη mando.

MYURUS est pulsus decurtatus aut mutilus, sensim decrescens, instar caudæ muris. Ex μῦς mus, vel μύεις pars divisa, & ἡρα cauda.

MYXA, est mucus sive humor pituitosus, ex processibus papillaribus ad nares descendens.

## N.

**NÆVI** sunt quædam maculae nativæ, siveque duplices, protuberantes & planæ, quæ sunt figura varia & colore diversimodo. Et gravidis ex imaginatione falsa, ebrietate, ecstasi &c. eveniunt. Germ. *Muttermhäle*.

**NARCOSIS**, est stuporis inductio, ut fit in paralyssi; vel ex opio, aliisque stuporem inducentibus. A *ναρκώσει* stuporem induco.

**NARCOTICA** sunt medicamenta, quæ stuporem inducunt, & dolorem sistunt. A *ναρκώσει* stuporem concilio: Latinis *Torpor*, *Stupor* & *Hebetudo* sensus motusque, *νάρκη* *νάρκημα* Gal. *νάρκωσις*.

**NASALIA**, idem quod *Errhina*.

**NASCALIA**, sunt globuli, ex eadem substantiâ quam pessaria formantur, qui matricis cervici immittuntur.

**NATA**, idem quod *Natta*.

**NATES CEREBRI**, sunt duæ prominentiæ orbiculares, post nervorum opticorum Thalamos, quæ superiori caudicis medullaris parti accrescunt, in homine minores sunt, in brutis vero majores. Græc. *γλυτοί*.

**NATTA** est tumor magnus & mollis, sine dolore & colore, in dorso præcipue excrescens quandoque tamen in humero & aliis partibus erumpens, ex tenui quidem radice pendens, ita tamen incrementum sumens, ut aliquot libras pendeat & Melonis vel Cucurbitæ quantitatem æquet; ejus materia est adiposa, ideoque ad steatomata referri debet.

**NATURA**, idem quod *Cunnus*.

**NATURALIS FACTUS**, est actio qua corpus, nubes insciis per spiritus animales & sanguinem temperamentum, nutritur, augetur & conservatur; unde etiam excretiones, coctiones & generationes dependent.

NAVI.

NAVICULARE OS, dicitur & *σαφεῖς* & cymbiforme, est tertium os tarsi in utroque pede.

NAUSIÖSIS idem quod *Anastomosis*.

NAUSEA est fastidium & conatus ad vomitum irritus cum anxietate circa præcordia & salivatione oris, ab irritatione acrimoniae vitiosæ in ventriculo, quæ tamē ad vomitum insufficiens est.

NECROSIS est sugillatione alicuius partis. *A mōrō morte afficō.*

NECULA nōnat 1. *albuginem* tenuem. 2. nūbeculam, de qua infra.

NECTAR, est potus Deorum, ut *Ambrosia* cibus. Medicis alitem sonat potus medicamentosus, colore tamē, gustu & odotatu gratissimus.

NEMOMENA, vide *Nomina*.

NEPENTHES; Laudanum opiatum, medicamentum verē laudatum. *Tibidorus Zwingerus* vir summus & insignis Medicus, primum illud ita appellari censuit. *Nepenthes*, quod latinè dicitur quasi nullus luctus; ob summos & admirabiles quos exerit effectus laudani nōmen ei aptissimè & summo jure competit. *Nepenthes* remedium *Helena* fuisse dicitur, quo omnes è corde languores & ægritudines sustulerit, & hilaritatem lætitiamque induixerit. Legitur apud *Homericum Od.* φαρμακόν οὐδεὶς remedium tristitiam animo eximens. Dicitur autem à νόν priv. & νίκη luctus.

NEPHELÆ, sunt tenues oculorum albedines. Item nūbeculae medio urinæ innatantes. Ita dicuntur etiam maculæ albæ, quæ in unguium superficie nubecularum speciem repræsentant. Græcis οὐφέν & οὐφέν nubes, nebula.

NEPHRITICA, sunt medicamenta, tenum morbos auferentia. A οὐφέν ren.

NEPHRITICUS est, qui tenum dolore laborat, sive qui ex renibus laborat.

NEPHRITIS, est dolor tenum, sive ab intemperie & inflammatione, sive à calculo & arenulis, sive irritatione

tatione plexus nervae renalis productus, cum vomitu & tensione femoris. A *φρέσ* ren. Germ. Nieren Weh / Stein Schmerz.

**NEPHROS**, est ren, utrinque in abdomine unus, qui circa lumbos, sub hepate & liene, situs est; figura est instar phaseoli; substantia ejus ex innumeris glandulis & canaliculis exiguis constat, quæ serum suscipiunt & ad carunculas papillares ducunt, ut tandem per pelvem, ureteres, & vesicam foras eliminetur. Germ. die Niere.

**NERVINA** sunt medicamenta quæ ob particulas vel volatiles  $\ominus$  nas alcalicas, vel oleosas balsamicas, vel fixas alcalinas morbis nervosi generis præ cæteris convenient, tum spiritus augendo, tum acrimoniam eidem impactam invertendo, aut demulcendo.

**NERVUS** est pars fibrosa, rotunda, longa, alba, instar cannæ Indicæ porosa, spirituum animalium deductioni inserviens, ut hoc ritu partes corporis mobiles & sensibiles fiant. Intra cranium à medulla oblongata decem Nervorum paria originem sumunt: ut nervus odoratorius, ophthalmicus, oculorum motorius, patheticus, gustatorius, timidus, auditorius, parvagum, linguæ motorius, & cervicis musculorum motor. Intra cranium septem duntaxat paria veteres agnoscebant, quæ hoc distichio continentur:

*Optica prima; oculos mobet altera; tercia gustat,  
Quartaque; quinta audit; tertia sexta est; septima  
lingue.*

Infra cranium triginta paria enumerantur; nempe septem ex colli lateribus; duodecim ex medulla spinali in dorso: quinque ex lumbis, & sex ex osse sacro: Nervi omnes infra cranium oriuntur à medulla spinali, qui per lateralia vertebrarum foramina artibus & ventribus destinantur. Nervus, tendo & ligamentum male à Chirurgis confunduntur. Græcis *Νεῦρον*.

**NEURODES**, est species febris lentæ, sic à doctiss. Williſo

*Willisio* dicta; eò quod liquor nerveus ab inde sua descens, & crasi sua vitiatus, Atrophiae causa existit. Ex *nervis* nervus, & *forma*, forma.

NEUROLOGIA, est elegans nervorum descriptio, quam *Thomas Willis* omnium præstantissimè exhibuit. Ex *nervis* nervus, & *narro*, describo.

NEURON, idem quod *Nervus*.

NEUROTICA, eadem sunt quæ *Nervina*.

NEUROTOMIA, est anatomica nervorum sectio. Item nervorum punctura. Ex *nervis* nervus, & *seco*.

NEUROTOMUS est, qui punctura nervorum laboret. Vel qui nervos anatomicè dissecat. Ex *nervis* nervus, & *seco*.

NEUTER STATUS Medicis dicitur ille in quo corpus nec perfecte sanum, nec absolute ægrum est, sed inter utrumque quasi ambigit. Duplex statuitur, *dilectionis* quando morbus instat & sanitas exinde labefactatur; Et *convalescentia*, quando morbus quidem devictus, nec tamen perfecta sanitas iterum restituta.

NIDOR dicitur odor fœtens & redolens adustionem, præsertim pinguium.

NIDOROSA DYSPEPSIA, seu cruditas est quando odor ante descriptus in ventriculo generatur, id quod percipi potest ex saliva, ructu, vomitu.

NIDUS, idem quod *Focus*.

NOCTAMBULO, seu *Noctambulus*, est qui inter dorminendum & somniandum è lecto nudus surgit, januas & fenestras aperit, & per loca quævis alta, etiam periculosisima obambulat, absque ejus perceptione aut judicio: Causa ejus non facile explicabitur nisi somnus in totalem & partialem dividatur; *totalis* est ille somnus vulgaris, *partialis* vero in hoc affectu locum tenet, quia objecta quidem videntur & sensatio coniuncti offeruntur, sed aq; imaginationis locum,

ut percipientur, non penetrant. Græcis νυκτοφάγαι  
νύκτοφάται. Germ. Nachts Wandlerer.

NOCTILUCA inter alia notat inventum recentius, corpus nempe duplex, solidum & liquidum, ex diversis subjectis arte chimica paratum, quod in tenebris lucem emittit. Paratur tum ex creta & spir. nitri; tum Urinæ magmata & arena. Vid. Boyle de Noctiluca aereâ & Glaciali.

NODULUS, *Nodus*, οὐρανοφάγεις est facculus linteus, medicamentis morbo convenientibus impletus, qui in cantharo cœrevisiae aut vini pleno inditus, cuius tinctura ægris propinatur.

MODUS, idem quod *Ganglion* & *Nodus*.

NOLI ME TANGERE, species cancri, cum in facie, præsertim supra mentum, circa os & nasum. Oritur tumor vel ulcer, exulcerati. cancri speciem gerens, lente in initio crescens, quasi pustula parva, toto anno manet, quod aliæ minus sævum quam cancer, & cancer plus rodit uno die quam noli me tangere unomense.

NOMAS, est ulcer putridum & depascens. A νόμη depasco. Unde apud Herodotum νομονέχει depasco cadaver: Nemomena sunt quæ excrescentem carnem exedunt.

NOSOCOMIUM, est domus publica, seu Hospitium commune, in quod pauperes ægri recipiuntur, decumbunt, & curantur. Ex νοσο- morbus, & νοσίω curam gero. *Nosocomia* est ægrotorum curatio. Germ. ein Siechenhaus / Lazareth.

NOSOLOGIA, idem quod pathologia. A νοσο- morbus, & λέγω narro.

NOSOS idem quod *Morbus*. A νοσίω ægrototo.

NOTÆ MATERNÆ, idem quod *Nebus*.

NOTHÆ COSTÆ, sunt costæ quinque (in utroque latere) inferiores, spuriæ dictæ, sic vocantur, quia non ut aliae costæ cum sterno cohærent: neque sunt veluti aliae, osseæ, sed ferè cartilagineæ. A νοθίω adultero.

tero. Germ. die Bastard-Rippen. Morbi etiam nothæ dicuntur, qui ordinariam & regularem normam excedunt, ut febres tertianæ, quartanæ, & quotidianæ nothæ; pleuritis notha &c.

NOTUS, est tergum, sive dorsum, quod est posterior thoracis pars. Germ. der Rücken.

NOVACULA, est culter chirurgicus, cuius forma, propter diversimodam operationem, variat: ideoque vix describi potest. Culter tonsorius Cic. ξύρος, ξύρεις, ξυστή, Ammonio, μάχαρες κυρεκή ἐadem licentia à Plutarcho in Dione dicitur, qua culter tonsorius à Cicerone, siquidem tondendi ratio novaculæ aliena est. Aliud enim est κυρεῖδαι radi, aliud κυρεῖδαι tonderi. Germ. ein Scher-Messer.

NUBECULÆ sunt particulæ leves, se mutuo, laxo amplexu comprehendentes, urinæque innatantes. Græcis οὐφέλαι.

NUCHA, est posterior pars colli, cervix dicta, per cuius cutim Setacea trajiciuntur.

NUCIOSITAS, idem quod Myopia.

NUMERO non solum fructus & semina metiuntur, sed & animantium partes, vitelli. Vulgo sic notatur, No. vel Num.

NUTRIMENTUM, idem quod Alimentum.

NUTRITIO est actio naturalis, qua continuum substantiæ corporeæ defluxum, alimentis idoneis restauramus. In pharmaceuticis Nutritio denotat imbibitionem liquoris qui corporibus siccis aspergitur. Sic lithargyrium nutritur aceto; hinc unguentum nutritum.

NUX, est species doloris capitidis, quæ magnitudine nucis sentitur; sicut ovum, clavus, aliæque species.

NYCHTHEMERUM, est tempus, denotans spatium viginti quartuor horarum. Ex νύξ nox, & νύξ dies.

NYCTALOPIA, est duplex: prima est visus hebetudo nocte vel in locis tenebris citra ullum in clariori impedimentum: altera est hebetudo in clariori dici

dici lumine, nocte vero & in umbris clara perspicuitas. Ex ῥεξ nox, & ἀπλοματικός video.

NYMPHÆ, sunt colliculi seu summa pudendi muliebris labia, sic dicta, quod aquis ē vesica profiliens tibus adstare reperiantur. Græcis Νύμφη, μύρτος, τυρνάρις, κλητορίς, ἐπιδερις, πέργωντι ubi increverit. Item cavum inferioris labri. Poll. πύρη.

NYMPHOMANIA, idem quod Furor uterinus.

NYMPHOTOMIA, est nympharum excisio, quarum nimia protuberantiâ in nupturis virginibus, sponsus copulâ quandoque frustratur, aut saltem difficulter admittitur; earum excisio Aegyptiis frequens est. Ex νύμφη Nympha, aquarum & fontium Dea, & νύμφη seco.

## O.

BAUDITIO idem quod surditas.

OBELÆA, est sutura sagittalis in crano, quæ anterius coronalem & posterius lamboidem suturam attingit; fit enim ex mutua ossium bregmatis conjunctione. Græcis ab ὄβελός veru.

OBLATÆ LAXATIVÆ & purgantes, fiunt ex farina cum saccharo & speciebus purgantibus.

OBLIVIO, est rerum antea perceptarum, cerebro delapsus. Hoc fit cum impressio rerum percipientiarum, cerebrum leviter tetigerit; quemadmodum motus levis vix sentitur, ita vis leviter impressa facile elabitur. Gr. ἐπληστικός, μῆδη.

OBOLUS, est dimidium scrupuli; pendet grana decem: sic à Medicis scribebatur olim ♂, nunc vero character iste § in usu est.

OBSTRUCTIO est meatuum, à contractione, vel corpore impasto, occlusio. Germ. eine Verstopfung. Gr. ἀπορρεψίς.

OCCIPUT est posterior cranii pars. G. das Hinters Haupt.

OCHEMA, est liquor seu vehiculum aliquod, quo medicamenta miscentur, ἔχουμενός τούτος est vehiculum

Iam alimenti, sive serum in sanguine. Ab  $\ddot{\alpha}x\dot{\iota}\omega$  vaho.

OCHTHODES, sunt ulcera, quorum labia collosa vel verrucosa, non maligna tamen. Ab  $\ddot{\alpha}x\dot{\iota}\omega$  ripa, &  $\ddot{\alpha}\ddot{\delta}\ddot{\sigma}$  forma.

OCULARES DENTES. idem quod *Cynodontes*.

OCULUS, est organum visus externum; componitur ex musculis sex, duobus nempe rectis, totidemque transversis, quibus in brutis septimus additur. Tunicae habet septem, adnatam innominatam, corneam, uveam, retiformem, crystallinam, vitream. Humores tres, aqueum crystallinum & vitreum. Habet item Nervum opticum, itidem & pupillam. Germ. das Auge.

OCULI, sunt etiam florum prodromi, quae etiam gemmæ dicuntur.

ODAXISMUS, est gingivarum pruritus, quando dentes infantibus erumpunt. Ab  $\ddot{\alpha}\ddot{\lambda}\ddot{\epsilon}\omega$  prurio.

ODONTAGRA vide *forfex*.

ODONTAGOGUM idem.

ODONTALGIA, est dentium dolor, causa est irritatio nervuli dentibus inseriti orta à particulis acribus erodentibus, vel cum sanguine & sero eò delatis, vel in dentium cavitate ex corruptis cibis collectis. A Strobelbergero podagra dentium vocantur. Germ. Zahns Schmerzen. Ex  $\ddot{\alpha}\ddot{\lambda}\ddot{\epsilon}\omega$  dens, &  $\ddot{\alpha}\ddot{\lambda}\ddot{\iota}\omega$  doleo.

ODONTIASIS, idem quod *Dentitio*, & *Odontopygia*.

ODONTICA, sunt medicamenta, quae adversus doles dentium adhibentur. Ab  $\ddot{\alpha}\ddot{\lambda}\ddot{\epsilon}\omega$  dens.

ODONTOIDES, quod denti simile est; ut dens secundæ vertebræ & aliorum osium. Ex  $\ddot{\alpha}\ddot{\lambda}\ddot{\epsilon}\omega$  dens, &  $\ddot{\alpha}\ddot{\delta}\ddot{\sigma}$  forma.

ODONTOPHYJA, idem quod *dentitio*, sive dentium eruptio. Ex  $\ddot{\alpha}\ddot{\lambda}\ddot{\epsilon}\omega$  deps, &  $\phi\omega$  cresco.

ODORAMENTUM, est medicamentum odoris gratiarum adhibendum; componitur ex ladano, styrace, benzoin, moscho, zibeto, &c.

**O**DORATUS, est sensus, quo, ex motu & irritatione nervorum, nasi membranis insertorum, effluvia odo-rifera sensorio communi offeruntur & repræsentantur, *G. der Geruch.*

**OECONOMIA**, est rei familiaris dispensatio. Notat etiam dispositionem quamlibet in genere; hinc dispo-sitio corporis animalium dicitur œconomia animali-um. Ex *dux* domus, & *vix* distribuo.

**OEDEMA**, ab *Hippocrate* aliquando latè pro omni tumore p. n. sumitur, strictè verò, est tumor p. n. à pituitâ originem trahens, albus, mollis, indolens, per congestionem frequentius, quam per affluxum hu-morum, genitus; sine pulsu, & digitis facile, cedens. Ejus origo præter pituitam posset esse lympha vel succus nutritius extra vasatus, & in gelatinam con-gelatus. Ab *oedem* tumeo, inflatus sum. *Barbaris Undemia* Ein dicker wässriger Geschwulst an Schenkel.

**OENELÆON** est mistura vino & oleo constans.

**OENOÏDES**, est vinum dilutum; aut latex vino a-nalogus. Ex *io* vinum, & *iodos* forma. *Germ. Gewässerter Wein.*

**OENOMEL**, est mel vinosum. Ex *io* vinum, & *mel*.

**OESOPHAGÆUS** est musculus, œsophagi constrictor, sphincter dictus.

**OESOPHAGUS**, est fistula membranacea, à faucibus ad stomachum tendens, qua cibus in ore masticatus & saliva mixtus ad ventriculum transit: tunicas ha-bet quinque *prima* & *extima membranacea* quo etiam ventriculus vestitur, à peritonæo, sumit originem. *Secunda* est *musculosa* quæ duplice fibrarum muscularium serie constat, quarum superior spiraliter descendit à superiori parte ad inferiorem, inferior autem, à stomacho spiraliter ascendit superiora versus. *Tertia* iterum *membranacea* est, qua mediante *musculosa* & *nervosa* colligantur. *Quarta* prorsus *nervosa* est, quæ tendi-

tendinem constituit musculosæ tunicae. Quinta glandulosa est ex glandulis minimis conglomeratis constans. Similis structura etiam in ventriculo & intestinis reperitur. Fortè ab օιօς vimen, quia fibræ eius viminis instar contextæ sunt: vel ab օίօς Fut. A φέρω feram, quia omnés cibos versus ventriculum fert, & φάγω edo. vocatur item gula, λαμπτή σύμπαχος, ιαστός Eustat. Germ. der Schlund.

OESYPUS Plin. Iana succida eidem, vellus succidum Mart. Ovidius, OEsypum exponit succuum ab immundo ovis yellere demptum, Plin. lib. 29. sordes sudoremque lanis oyium adhaerentes. Versantur itaque non parvo in errore, qui OEsypum interpretantur pro scybalis & stercoreis pilulis ovium lanæ inhærentibus; cum Plinius eodem in loco nomine alio eas donet, videlicet sordes caudarum in pilulas concretas appellans. ἀστικός, quassī, օιօς ρυπως, & οἰονη.

OFFICINA Medicis denotat locum asservandis medicamentis tam simplicibus quam compositis destinatum. Hinc cum cognomine dicitur pharmaceutica, cīne Apothecē.

OFFICINALIA medicamenta sunt ea quæ in officina ad usum extemporaneum servantur nec de novo parari debent, e. g. theriaca &c. opponuntur Magistris.

OLECRANUM sive Ancon, est processus major ulnae sive ossis cubiti primi. Item suprema humeri pars. Ab αὐξένι cubitus, & εργάσιον caput.

OLECRANUS, idem quod Anconæus.

OLFACTUS, idem quod Odoratus.

OLIGOPHOROS, est vinum tenue, paucis spiritibus gaudens. Ex ὄλιγος paucum, & φερέω fero. Germ. ein leichter Wein.

OLIGOTROPHIA, est imminuta nutritio. Ex ὄλιγη paucā, & τροφὴ alimentum.

OLIGOTROPHUS, est cibus minus nutriendis, cui oppo-

opponitur polytrophus. Ex ὁλίγῳ paucum, & τριφα  
nutrio. G. Speise die wenig nähret.

OMASUS est tertius ventriculus animalium ruminantium ut boum & ovium, continens plures plicas majores & minores.

OMENTUM, *Reticulum*, sive intestinorum operimentum, est membrana duplicita, intestinis instrata, pinguedine & vasis ad instar retis piscarii intertexta, glandulis quoque duabus aut tribus dotata, Ventriculo, Colo, & Pancreati annexa, ut intestina calore suo foveat, utilis: habet lactea quedam vasā & lymphatica, item ductus & sacculos adiposos perplures, de quibus videatur *Anatomia nostra reformata*. Græcis ομήτης, Germ. das Oehe.

OMOPLATA & Homoplate, idem quod scapula. Ex ὅμοιος humerus, & πλάτος latus.

OMPHACION est succus uvæ acerbæ; in officinis vocatur Agresta.

OMPHALOCELE, est Hernia Umbilicalis: quando nempe Omentum vel intestina circa umbilicum protuberant: quod fit relaxatione vel ruptione peritonaei ex ουφαλός umbilicus, & κάλη tumor.

OMPHALOS, vide *Umbilicus*.

ONCOS ογκός tumor. Hinc in scholis Medicis frequens est κατ' ὄγκον i. e. secundum molem seu materiam sensibilem crassiorum. Huic opponitur κατ' αύξενα i. e. secundum virtutem seu partes subtiliores & insensibiles.

ONEIROGMOS ονειραγμός pollutio nocturna.

ONYX, vide *Unguis*.

OPERARIUM Gr. οργανίσμος denotat eam furni chimici partem in qua vasā collocantur & operatio contingit.

OPHIASIS, est capillorum morbus, quo extenuati, hinc inde spatiis intermissis, macularum serpentis instar, decidunt. Ab ἄφει serpens, & λασι simile.

OPHRYS supercilium vid. *cilium*.

OPHTHALMIA, quam Celsus lippitudinem vocat,  
est tu-

est tunicarum oculi inflammatio, orta à sanguine arterioso, ob impeditum per venas refluxum, ibidem collecto & extravasato. Ab ὁφθαλμός oculus. Germ. Entzündung der Augen.

**OPIATA**, sive electuarium, est medicamentum internum, quod consistentiâ opiatæ Officinali (ut *Theriaca* vel mithridatio) simile, ex variis rebus melle vel syrupo exceptis, in plures doses est concinnatum. Dicitur ita quod ut plurimum opium recipiat ut *Theriaca*, *Mithridatum*, *Diascordium*, *Pbilonium*, requies *Nicolaï* &c.

**OPIOLOGIA** est opii descriptio, ab ὥπειος succus, & λέγω narro.

**OPISTHOTONOS**, est tetanus, sive tensio musculorum cervicis versus posteriora, cuius causa aliquando muscularum cervicis paralyfis existit, unde antagonistæ partem intermedium nimis movent, vel quando serosa materia & acris tendines invafit vel quando spiritus animales præter consuetudinem fistulas carnosas subiunt, & non facile recedunt, ita ut fistulae carcinose admodum intumescant, & corrugentur, ex ὥπειος à tergo, pone, & τείνω tendo.

**OPIUM**, est succus papaveris condensatus; purissimum opium fit ex lachrimis albis. Ab ὥπειος succus.

**OPPILATIO** idem est quod *obstruatio*.

**OPPILANTIA** & *oppilativa* notat obstruentia, seu adstringentia.

**OPTICUS NERVUS** sive visorius, est quo species visibiles ab oculo receptæ ad sensorium commune deferuntur; utriusque nervi origo ex thalamis nervorum opticorum provenit, postea hi nervi coëunt, & iterum cranium subituri ab invicem sejunguntur. Ab ὥπειοαι video.

**OPTICA** sunt medicamenta quæ adversus oculorum affectus valent.

**ORBICULI** sunt rotule.

**ORCHIS**,

**ORCHIS**, est testiculus, cuius substantia in viris nihil aliud est, quam minutissimorum vasculorum semen conscientium congeties: ast in feminis longe aliter se res habet; componuntur autem in iis, ex multis membranis ac fibrillis laxè sibi invicem unitis, in quarum intercapeding plurima corpora alba reperiuntur, quæ ipsi aut secundum aut præter naturam insunt, ovula nempe vel vesiculæ minimæ. Hinc testiculi feminarum recte ovaria vocantur. Vocabantur item *Testes*, coeli Cic. & Mart. *Vasa* Plauto, ὄγκοις διδυμοὶ μήτερα Hesiod. μόδαι Homer. ὄγκειδια ἄνθει Oppiano. Germ. *Hoden*.

**ORCHOTOMUS** est, qui testiculos excindit; qua operatione animalia castrantur, ne cum aliis coëant. Ex ὄγκοις testiculus, & *ripera* seco.

**OREXIS**, est naturalis cibi appetitus, is oritur à fermento acri ab arteriis cœliacis ventriculo illato, quo tunica nervosa, ejusque nervi inordinatius motuventur, ad alimentum idoneum appetendum. Ab ὀρέγοναις cupio. Gérin. die Lust zu essen Appetit.

**ORGANUM** est pars, quæ ad sui constitutionem, actionesque perficiendas, rectam & determinatam, sensibilemque conformatiōnem requirit; ut brachium, musculus, cor, &c.

**ORGASMUS** proprie denotat in animalibus animiam istam veneris appetentiam, qua determinatis anni temporibus agitantur & summe irrequieta redundunt. Deinde notat quamlibet sanguinis in corpore humano turgescientiam tam secundum naturam quam p. n. Illius exemplum præbet turgescētia sanguinis in corpore muliebri quando menses instant vel fluunt, ex quo impetu dolor dorsi & pulsatio, capitis dolor, hypochondriorum inflatio aliaque symptoma dependent. Tandem strictè notat motum p. n. partium corporis fluidarum qui sub morborum incursu, in primis febrium observatur. Ab ὄγκῳ.

**OROBOIDES**, est hypostasis sive urinarum subsiden-

dentia, ervis aut orobis similis. Ex ἕρπετο cervum, & nubes forma.

ORTHOCLON, est articuli præter naturalis rectitudo. Ex ἔργῳ rectum, & αὔλη membrum.

ORTHOPNOEA, est vitiata respiratio, qua ægri non nisi cervice erecta respirare queunt ex ὑποθυρεί rectus, & πνοή flatus, spiritus, spiratio. Germ. Schwerer Odem.

ORTHOSTADIOS notat eum qui quamvis æger, tamen adhuc ἐγγενές vivit, i. e. qui leviter ægrotat, ut nondum decumbere cogatur.

OS est substantia dura, frigida & sicca, ex particulis rerestribus & salinis maximè constans, ut sic corporis stabilimentum, ejusque motum facilem redat & in munimentum quibusdam partibus se præbeat, destinata. Ossium numerus Archangeli 249. constituitur. Alii communiter 304. quidam tot, quod unius anni dies. Numerus tamen incertus est, quia ossa infantium ab adultis differunt; Item quod ossa sesamoidea & dentes in ipsis adultis & senibus certo numero non determinantur. Variant figura, quædam rotunda, plana, acuta, obtusa, concava, spongiosa, solida, oblonga, triangularia &c. Græc. οστόν Germ. Bein. Phythologicè ossiculi vocabulum imponitur lapideis corticibus qui nucleos circumdat. G. die Steine in den Früchten, Kern.

OSCITATIO, Oscedo Agell. Græc. χίουσα levis quidam motus convulsivus, muscularum faciei inferioremaxillam aperentium. Quidam quod sit motus levis, quo halitus excrementa, in vicinis partibus hærentia, illasque irritantia, expelluntur. Germ. das Gehnen.

OSCULA sunt extremæ vasorum aperturæ.

OSCULUM UTERI, est illa uteri angustia, qua vagina in ipsum uterus definit, in virginibus tam exigua est, ut stylum tenuiorem solummodo excipiat, & nullo conatu vel minimus digitus in eam intrudi posset,

possit, ex ea etiam menstrua fluunt. Prominet vaginalæ capacitate, tincæ piscis ori, aut ut *Galenus* mawult, glandi virili persimile est; rimam habet transversam; in virginibus osculum illud exiguum, ast in mulieribus quæ sœpe pepererunt, majus evadit; si nimium laxetur, vel exulceretur, cicatrice obducatur, vel humidum nimis fiat, sterilitas sequitur. Germ. der innere Muttermund.

**OSIS** ὄσις pulsus, pulsio notat in specie motum istum, quo mediante pulsu cordis sanguis in partes distribuitur, sive secundum sive p. n. Olim ipsi opponebatur ἄσθετος tractio. Putabant enim veteres mediante dolore aliisque modis posse sanguinem in partes solidas derivari citra pulsum. Verum hæc sententia per circulationem sanguinis explosa est.

**OSTEOLOGIA** est de ossibus enarratio seu descriptio. Ex ὄστον os, & λέγειν.

**OSTEON**, vide *Os*.

**OSTOCOPI**, sunt dolores ossium, sive potius dolores periostei aut nervorum, ossa subeuntium: ossa enim quatenus ossa non sentiunt. Ex ὄστον os, & νόσος labor.

**OSTRACODERMA** dicuntur animalia, quæ dura quadam crusta vel ex toto, vel ex parte cinguntur ut *cancri*, *coeciles terrestres*, *conch.* &c. Dicuntur etiam *Tefaceas*.

**OTALGIA**, est dolor aurium, à quacunque occasione orta, ab ῥετ auris, & αλγείω doleo. G. Ohrenzwang / Ohren-Schmerz.

**OTENCHYTA**, *Clyster auricularius* Celso, αὐλος Ηgin. est siphunculus, quo medicamenta auribus immittuntur. Ex ῥετ auris, & ιγχύω infundo.

**OTICA** sunt medicamenta, adversus aurium morbos. Ab ῥετ auris. Germ. Mittel zum Gehör.

**OVARIUM**, est testis muliebris. Vide *Orchia*. Germ. der Eher-Stöck.

**OVIDUCTUS**, idem quod *Tuba Fallopiana*.

**OVUM**

OVUM est species doloris capitis, quæ sentitur magnitudine ovi: & sic à figura, quam ovum occupat, denominationem accepisse videtur.

OXELÆUM, est mixtio acetii cum oleo. Ab ὥξῳ acidum, & ἔλαιῳ oleum.

OXYBAPHON idem quod *Acetabulum*.

OXYCRATUM, est acetii cum aqua mistio: pusca vel posca dictum. Ab ὥξῳ acetum, & κεραīνος misceo.

OXYDERCICA, sunt medicamenta visum acuentia. Ex ὥξῳ acutum, & δίρρω video.

OXYGALA, est lac acidum. Ex ὥξῳ & γάλᾳ Lac.

OXYMEL, est compositio, in formam syrapi, ex acetato & melle. Ab ὥξῳ acetum, & μέλι mel.

OXYREGMIA, est acidus ē ventriculo ructus. Ab ὥξῳ acidum, & ἰγεύω ructo.

OXYRHODINUM, est acetum rosaceum. Ab ὥξῳ acetum, & ροδῷ rosa.

OYSX acidus, acutus.

OXSACCHARUM est medicamenum liquidum ex acetato & saccharo paratum.

OXY ΝΟΣΗΜΑ, idem quod *morbis acutus*.

OZÆNA, est ulceratio interioris naris teturum odorrem spirans. Ab ὥξῳ olfacio.

OZE vocatur *Celso* fœror oris, qualis ante febres cum frigore sentitur. l. 3. c. II.

## P.

P Notat in pharmaceuticis pugillum.

PACHUNTICA, sunt medicamenta incrassantia, quæ sunt potestate frigida, & crassis ramosissime partibus prædicta, quæ dum succis tenuioribus permiscentur, partes eorum conjungendo, & inter se connectendo, crassiorem & stabiliorem consistentiam ipsis tribuunt, ut *Bolus armena*, *Amylum*, *Nymphæa Amygdalæ*, *Papaver*. A παχύῳ incrasso.

PÆDOTROPICA, est pars Hygieinæ, spectans ad pu-

erorum

erorum regimen. Ex *παιδί* puer, & *τρόφη* ratio, modus. Vel à *τρόφω* nutrio.

**PALATUM**, est superior oris pars, instar tholi leviter concavum, unde & oris cœlum appellatur. Item *τετράποδος οὐρανός*, sive *τετράποδος Galeno*. Germ. Der Oberschell des Mundes / der Gaumen.

**PALINGENESIA**, est regeneratio, qualem Chimici nonnulli statuunt, quando plantam post destrunctionem igne factam, ex sale suo vel cineribus iterum produci posse contendunt.

**PALLIATIO**, sive cura pallativa, est therapeia, qua morbi incurabiles, quantum fieri potest, medicamentis localibus, mitigantur.

**PALINDROME**, est morbus recidivus. Ex *πάλιν* iterum, & *δρόμος* cursus.

**PALMA** est interior manus pars, vola dicta.

**PALMUS**, est tremor & palpitatio cordis, à convulsione aut irritatione nervorum cuius causa in sanguine vel succo nervoso consistit, vel in aquâ pericardii. A *πάλιν* vibro, quatio. Germ. das Herz-Beben.

**PALPEBRAE** sunt integumenta oculos claudentia & tegentia: constant ex cute, membrana carnosa, muscularis, tunica tarsis & ciliciis suntque vel superiores vel inferiores. Germ. die Augen-Lieder.

**PALPITATIO CORDIS NATURALIS**, fit in systole cordis, dum conus, & latera simul contracta angustantur, basis cum vasorum radicibus, ob sanguinem illic aggestum, & nonnihil hærentem, aut repercutsum, ampliata extumescit. Sæpe à spasmis cordis, præternaturaliter palpitatione inducitur, vel à materia crassa, aut irritante, quæ cordi inhæret, concitatur. G. das Herz-Klopfen.

**PAMPINIFORMIA VASA** sunt vasa præparantia dicta, seu arteriæ & venæ, quæ ad testes tendunt, & pampinos æmulantur.

**PANACEA**, est medicamentum universale, omnes mor-

morbos indifferenter curans; sed an detur, dubito: de tinctura solis, lapide philosophico, plurima pluri-  
mi jaſtant. Ex *τάς*, omne, & *κάρωνας* fano, medeor.

PANARITIUM, idem quod *Paronychia*.

PANCHRESTUM dicitur medicamentum, quod om-  
nibus vel saltem plurimis usibus infervit. Ex *τάς*,  
omne & *χειρός* utilis.

PANCOENUS, idem quod *Pandemius*.

PANCHY MAGOGA, sunt medicamenta purgantia,  
quae viam habent, omnes humores vitiatos è corpore  
educendi. Ex *τάς*, omne; *χυμὸς* succus, humor, &  
*ἄγη* duco. Germ. ein allgemein ausführend Mittel.

PANCREAS, *Pancration*, *Pancreon*, *Callicreas*, *Callicrean* & *Lætæs* Synonyma sunt. Gr. *πάγκρατος*, est glan-  
dula conglomerata in abdomen, sub posteriore ven-  
triculi parte sita & duodeno intestino alligata, usque  
ad hepatis & lieuis regiones extensa, cujus munus est  
succum lymphaticum volatilem & insipidum, per pro-  
prium ductum ad duodenum, ulterioris chyli fer-  
mentationis & volatilisationis, nec non bilis subjugationis  
& attemperationis gratia, ablegare. Glandula  
hæc maxima est in toto corpore, in hominibus me-  
diocris, in canibus ulnæ magnitudinem non raro ex-  
cedit. Ex *τάς*, omne totum; & *ρέσας* caro, quasi di-  
ceres totum carnosum.

PANDALEA, neoterici ferè vocant, idem quod  
electuarium solidum, nisi quod *Pandaleon* integrum  
remanet. Etenim saccharum ritè coctum pixidi in-  
funditur, ac solidescere sinitur: æger fractam partem  
accipit instar eclegmatis: Pandaleon à rotulis mor-  
talisve non nisi forma differt.

PANDALITIUM. idem quod *panaritium* seu *parony-  
chia*.

PANDEMIUS sive morbus communis; est morbus  
eiusdem speciei, qui in una regione plures simul in-  
vadit. Ex *τάς* omnis, totus, & *δῆμος* populus. Germ.  
eine allgemeine Seuche.

PANDICULATIO, Græc. ἐκορδίνεισμός, ἐκορδίνησις, est musculorum per totum corpus dilatatio & distensio quædam convulsiva, quâ vapores copia ipsos irritantes, discutiuntur.

PANICUS est repentinus terror & consternatio: Dicitur à Dœ Pan, qui minatus terrorem immittit Pan Pastorum numen olim fuit.

PANNICULUS CARNOSUS est membrana in homine pinguedini subiecta, in plurimis locis satis crassa & muscosa, in aliis iterum membranosa, plurimos ductus adiposos emittit, & velamentum toti corpori præbet. Germ. die *Fleischichte Haut*.

PANNUS OCULI idem est quod *unguis oculi*, vid. *perygium*.

PANUS, est species bubonis sub axillis, faucibus, auribus & inguinibus in partibus sc. glandulosis. Sumitur etiam pro phygetio.

PAPILLÆ INTESTINORUM, sunt glandulæ exiguæ, quibus intima intestinorum tunica referta est, quæ huinorem lymphicum in cavitates intestinalium exprimit.

PAPILLA, est prominentia rubra in medio mammarum consita, cuius pori recipiunt omnes tubulos lactiferos, à glandulis mammariis prodeentes. Græc. θυλλα.

PAPILLARES processus, sunt extremitates nervorum olfactoriorum, quæ muscosos humores, per fibras, os cribiforme perforantes, in narium cavernas & palatum deducunt.

PAPULÆ, idem quod *Pustule*, vide *Exanthemata*. Item species morbillorum, quæ etiam *Boa*, *sudamina*, *ferida* *eruptiones* & *rubida cutis aspredines* dicuntur.

PARACELSISTICA MEDICINA, idem quod *Hermetica*.

PARACENTESIS sive punctio est perforatio thoracis vel abdominis, per cannulam cuspidatam. In thorace fit, quando repletus est pure vel aqua, & pun-

punctio instituitur in latere , intra quintam & sextam vertebram. In abdomen verò cum illud Hydrope ascite intumet, ad latus lineæ albæ abdominis, in musculis rectis & oblique ascendentibus: adfint vires robustæ , & purgatio præcedat , etiam sint pulmones , intestina reliquaque viscera incorrupta, quum umbilicus protuberet, aliam viam ne investigato , ibi vero apertione moliri necesse erit. Pus, aquamve ue simul educito, sic enim ægrum jugulares, sed per partes, ut septenis diebus libram , aut libram unam semissem, secundum ægri vires. Operatione peractâ emplastro astringente & conglutinante vulnus obturandum. Si meatus & vasa intus sunt rupta, ex Paracentesi auxiliū querere, esset oleum & operam perdere, ideoque hæc naturæ committenda. A ~~παρακτινίῳ~~ compingo.

PARACHETEUSIS, idem quod *Derigatio*.

PARACMASTICA, est febris continua decrescens: item ætas declinans. A ~~παρακμασίᾳ~~ decreso.

PARACME, vidē in *Acme*.

PARACOPE, in specie notat delirium levius in febrium potissimum fervore.

PARACYNANCHE, est inflammatio, cum febre continua & respiratione difficiili, in musculis laryngis exterioribus, excitata, Ex ~~παραγέ~~ de, κύω, canis, & ζυγος ango.

PARALYSIS , est motus voluntarii , aut sensus vel utriusque in toto corpore vel in aliqua ejus parte, abolitio. Oritur à resolutione potissimum tendinum & musculosarum fibrarum in musculis ex alteratione earum insigniori , ut humiditate, frigiditate nimia &c. Juxta alios etiam dependet ab obstruktiōne, abscissione, contusione aut pressione nervorum, id quod tamen potius paraplegia dicendum secundum Hippocratem. A ~~παραγλώ~~ dissolvo. Germ. eine Lähmung.

PARAMESUS , est dğitus medio proximus, mini-

PARENCEPHALOS, idem quod *Cerebellum*. Ex παρεγγαλος juxta, post, & εγκεφαλος cerebrum. παρεγγαλος Heropbilo. ἔγκεφαλος Galeno, ἔπικεφαλος Poll. επικεφαλος εγκεφαλος.

PARENCHYMATA Erasistrato denotabat propriam cujusque visceris substantiam, quae inter vasorum intercapedes consistit ut in hepate, liene, renibus &c. Ita dicebatur, quod credebatur ipsam esse nil nisi sanguis ex vasis suis effusus & circa eadem concretus, παρεγχυω circumfundo. Hodie ubi dictorum viscerum substantia accuratius cognita est, ista veterum fabula merito exploditur.

PARESIS idem est quod *paralyxia* vel potius *paraplegia*. In specie notat eam paraplegiae speciem quae colicæ convulsivæ succedit, translatâ materia ad principium nervorum. Hinc communiter vocatur *paresis ex colica*.

PARISTHmia, sive *Amygdala*, sunt glandulæ duæ, quæ tamēn tenui, lataque productione inter se connectuntur, sinum habent utrinque unum communem, amplum & ovalem in os apertum; usus præcipuus est, materiam quandam mycosam, sive pituitosam in fauces & os effundere. Vocantur etiam *tonsilla*, αιριαδις μηλος, & ασόγγα Hippocrati, Anias, Germ. die Mandeln. Ex παρεγγαλος juxta, & λαθμος isthmus.

PARONYCHIA, est tumor præternaturalis in digitorum extremitatibus insignem dolorem movens. Originem habet ex humore acri & maligno, tendines, nervos, periosteum, imo os ipsum corodere valente. Ex παρεγγαλος juxta, & τρυξ unguis. Latinis *Paronitium*. Germ. der Wurm am Finger.

PAROPIÆ sunt anguli oculorum minores, qui ad tempora spectant.

PAROTIDES, sunt glandulæ post aures sitæ. Item, tumores p. n. glandulis, post aures, contingentes. Ex παρεγγαλος pone, juxta, & τρυξ auris.

PAROXYSMUS, est pars periodi morborum, qua intenduntur & exacerbantur: estque vel ordinatus, qui certis temporibus intensionis affligit, ut in febre tertiana: vel inordinatus, qui nullum certum intensionis tempus observat; sed nunc hoc, nunc illo die redit; nunc citius, nunc tardius infestat, ut in febre erratica. Vocatur & *periodus*, *accesso* Celso, exacerbatio aliis, παροξύσμος, οὐσία Gal. λόγια Arist. cuius ipsius initium ἀρχή & ἐπιστηματία Galeno dicitur. A παροξύσμῳ exacerbatio.

PARS est etiam in Medicina quicquid totum complet & integrat, seu quod ad corporis integritatem ullo modo spectat. Partes sunt vel sensibiles vel insensibiles: similares & dissimilares; organicæ vel inorganicæ: principales & ministræ &c. Græc. μέρη & μέρη Germ. ein Theil des Leibes.

PARTUS, est fœtus maturi in lucem editio. In partu naturali fœtus membranis ruptis, caput anterius vertit, eoque versus uteri collum inclinato, egressum conatur. Solito more fœtus mense nono excluditur, novi tamen Amstelodami sexagenarios & quinquagenarios septimo mense editos, aliosque octavo natos. Græc. τέκνος. κύνη. Germ. die Frucht / Leibes Frucht.

PARTUS CÆSAREUS, est quando infantes in difficulti partu, ex abdomen & utero exciduntur. Seipsonem Africanum primo ex utero sectum testatur antiquitas, adhuc superstite matre; idem de Manlio aliisque creditur; unde omnes Romani Cæsares nomen accepisse vulgo creditur, quia ex eadem familia erant.

*Qui Cæsar's nomen sit sortitus.*

*E Matri Cæsum fuisse utero.*

Germ. der Ränseliche Schnitt.

PARTUS DIFFICILIS, idem quod *Dystocia*.

PARULIS, est inflammatio, putredo, aut excrescens, juxta gingivas. Ex παρα juxta, & ῥυτοι gingiva.

PAS-

PASSIO, idem quod *Panthea*.

PASSULATUM est forma medicamenti ex pulpa passularum coctarum & per setaceum trajectarum parati, pertinetque ad Electuaria.

PASTA REGIA idem quod *Morsuli*.

PASTILLUM est pomum odoriferum, fit ex odoratis pulvenibus, qui cera, styrace liquida, Balsamo indicō Trajacantho cum tantillo terebinthinæ excipiuntur, & in globum formantur: usus est, ut gratus odor concilietur; sumitur aliquando pro trochisco.

PATELLA, idem quod *Mola genu*.

PATHEMA, est omnis passio, morbus, seu affectus præternaturalis, quo corpus nostrum laborat; Gr. πάθος & πάθημα, παθήματα τῆς ψυχῆς sunt animi affectus. A πάχω patior.

PATHETICUS, est nervus quarti paris intra cranium: quarto pari apud *Willisum*, & octavo apud *Fallopium* accensetur. A πάχω patior.

PATHOGNOMONICUM, est signum proprium inseparabile, quod soli & omni convenit, ejusque essentiam indicat, quod etiam à principio ad finem durat: ut in pleuritide vera, semper adest febris continua, respiratio molesta, lateris dolor pectorius & tussis. Ex πάθος affectus, καίνω cognosco.

PATHOLOGIA, est pars Medicinæ, docens præter naturalem corporis nostri constitutionem. Ex πάθος affectus, λέγω dico, enarrō.

PATHOS, idem quod *Pathema*.

PECTORALIA, sunt ea medicamenta, quæ materiæ morbificæ pectori impactæ convenient, eam vel attenuando, vel incrassando & leniendo, ut ea, quæ in pulmonibus tussim excitant, ad expectorandum apta reddantur. Gr. βρύσαι Germ. Brust-Mittel.

PECTEN Gr. πτεῖς notat pubem.

PECTUS est pars thoracis anterior, quæ juguli clavicula est ad diaphragma. Græc. πτος. Germ die Brust.

PEDICULARIS MORBUS, idem quod *Phtbirias*.

PEDIUM, idem quod *Tarsus*.

PELICANATIO CHYMICA, idem quod *Circumlatio Chymica*.

PELICANUS Chirurgis notat instrumentum extrahendis dentibus destinatum. Dicitur ita ob extremitatis curvaturam instar rostri pelicani.

PELIDNUS, est color faciei plumbeus & lividus, Melancholicis frequens. A πελιδνος niger, fuscus.

PELIOMA πελιωμα dicitur pars fugillata livida.

PELVIS est locus ille in ventre imo, quo vesica & uterus continetur.

PELVIS AURIUM, vide *Cochlea*.

PELVIS CEREBRI, vide *Choana*.

PELVIS RENUM, est receptaculum membranaceum in utroque rene, quod urinam recipit & in ureteres effundit.

PEMPHIGODES FEBRIS, est qua<sup>e</sup> ob caloris intensionem pustulas & bullulas producit: aliis placet febrem esse ventosam & flatuosam. Ex πημφιδες flatus, bullula, pustula; & ειδος forma.

PENICILLA idem quod Turunda.

PENIDIUM sacchari cognomen est, quod fit ex saccharo clarificate per albumen ovi, & postea conspersione amyli trahitur ex unco ad formam debitam.

PENIS, *Muto*, *Bolis*, *Colis*, *Seretrum* Suetonio, *fascinus virilis* Arriobio, *Caulis* Lucillo, *Nerbus Juvenali*, *Tentum* Catullo, *Verpus*, *Virile*. *Virile membrum* Cic. *Scapus* Virg. *Membrum genitale*, *cercopis* Catull. & *Sicula*, à sica, *mentula*, *virga*, *Priapus*, *hafta*; *cauda* *salax*, στίχη, πόσις αγκλάσιος Artemidoro, σάνιος Craṭino, ταύρος Suid. θέματος Plar. in comm. ἔμβολος, βάλανος, Aristoph. ἐρέβειδος, ωρφες Eupolidi, μύκης στόος, σῆμα, τύλος κάπαντος, αἰδώς Hom. καλη Aristoph. φλέψ γενίη Epigr. quasi genitalis vena, ρόδοντος, ψάλη, κοράκη in oraculo quodam. παθή Xenoph. κερδή ταῦρος, τειμένθολος, ψέα, πορκάτης οὐς τόος Artem estque membrum

brum virile, quod constat ex duobus corporibus nervosis, urethra, glande, eute, præputio &c. Germ. *Die Mänliche Nuthe.*

PENTACULUM idem quod *periamma*.

PENIS MULIEBRIS, idem quod *Clitoris*.

PEPANSIS, est vitiati, corruptique humoris in convenientiorem naturæ statum deductio. A *πεπάνσιον* excoquo.

PEPASMUS est humorum præternaturalium coctio, sive (melius) fermentatio & maturatio, quæ iterum in dichotomiam dispescitur; nam una tendit ad finem, ut in *Phlegmone*: altera fermentationis expers est, cum nempe morbi *άκυλον* non superat. A *πεπάσμων* excoquo.

PEPASTICUM, est medicamentum mitigans, & cruda concoquens. A *πεπάνσιον* excoquo.

PEPSIS, est coctio sive fermentatio humorum & cibi in naturali corporis constitutione, ut cum cibus in chylum, & chylus in sanguinem vertitur. A *πεψία* coquo. Germ. *Verdauung*.

PEPTICUS dicitur de eo quod pepsin h. e. concoctionem juvat, ut pulveres peptici.

PERACUTISSIMUS MORBUS, vide *Acutus Morbus*.

PERACUTUS, vide *Acutus*.

PERFECTA CRISIS, vide *Crisis*.

PERIAMMA, *Periapton*, *Amuletum*, *Xenexton*, Medicamentum est quod de collo suspensum morbum arcere creditur; ac præcipue pestem. Ex *περιάμμῳ* appendo.

PERIAPTUM, vide *Periamma*.

PERICARDIUM, *Involucrum*, *Bursa*, *Scororum* seu *Sacculus membranaceus cordis* est involucrum membranaceum, quo totum cor investitur: à glandulis, supra basin cordis residentibus, per vasa lymphatica humor limpidus in ipsum derivatur (ut cor laevius reddatur, vel ut aliis placet, refrigeretur) & per vasa lymphatica, qui inveteratus est, ad ductum chyliferum reducitur.

Ancitur. Ex ἀεὶ circum, & καρδίᾳ cor. Germ. das Herz ums Herz / das Herz-Häutlein.

PERICHOLUS, præter modum biliosus. Ex ἀεὶ valde; & χολὴ bilis.

PERICLASIS est fractura ossis.

PERICRANIUM, est membrana, periosteum crani su-  
perinducta. Ex ἀεὶ circum, & κράνιον caput.

PERINÆUM, est sutura illa ligamentosa inter anum  
& scrotum, quam *Aristophanes*, κοχώνων videtur dixisse & πυγάς, *Archippus*, κοχώνων locum sub pudendo inter femora & nares medium, uti cum *Polluce* sentit *Aristoph.* Scholia.

PERIODUS MORBORUM, est tempus in morbis in-  
termittentibus ex intensione & intermissione constans.  
Ex ἀεὶ circum, & ὥστη iter.

PERIODUS SANGUINIS, seu circulatio, est conti-  
nua sanguinis per totum corpus circumgyratio, quæ  
sic peragitur; nempe crux ex arteriis per fibras, sive  
carnis sive viscerum, aut partium membranosarum  
ad venarum oscula transfertur, dicimusque fibras cir-  
ca venarum oscula terminari, iisque inseri, non secus  
ac plurimi in renibus canaliculi, uni carunculae re-  
nali inseruntur, atque ibi terminantur. Per has igitur  
sangvis ex arteriis transiens continuo venis, ad  
dextrum cordis ventriculum revrehendus, traditur;  
inde per arteriam pulmonalem in pulmones, in quibus,  
postquam sanguis à particulis nitrosis, ab aere  
inspiratis, accensus fuerit, subit venam pulmonalem,  
hinc sinistrum cordis antrum, quod sese denuo in a-  
ortam deplet, ut nutritionis & vivificationis gratia in  
totum corpus propellatur. Videatur noster de cir-  
culacione sanguinis per fibras &c. Tractatus. Ex ἀεὶ<sup>circum</sup>, & ὥστη iter factio. Germ. der Umlauff des  
Gebüts.

PERIOSTEUM, est membrana tenuis, ossa paucis  
exceptis, immediate investiens. Ex ἀεὶ circum, &  
ἐπίστροφον os.

PERIPHE-

**PERIPHERIA**, est corporis vel alicujus visceris ambitus aut circumferentia. A περιφέρεια circumfero.

**PERIPHIMOSIS**, vide *Phymosis*.

**PERIPNEUMONIA**, est substantiae pulmonum inflamatio, cum febri acuta, respirandi difficultate, tussi & dolore gravativo conjuncta. Ex φεβρίαι circum, & πνεύμων pulmo, à πνίω spiro, Germ. Entzündung der Lungen.

**PERISYSTOLE**, est tempus quietis inter systolen & diastolen cordis, quæ à nonnullis concipitur, à plurimis verò negatur.

**PERISTALTICUS MOTUS**, est vermicularis intestinorum motus, quo, medianis spiritibus animalibus, & fibris rectis longitudinalibus ac circularibus excrementa alvina sensim egeruntur. Dicitur item de motu vasorum, quo liquores, ut Lympha, Chylus, Sanguis &c. ascendunt vel descendunt. A μετάστασι contraho, arcto;

**PERISTROMATA**, sunt stragula, quibus ægri solent infestari. Item, tunicae visceribus circumiectæ. In specie peristroma notat nonnullis tunicam glandulosam intestinorum. Ex φερόμενον circumsterno.

**PERITONÆUM**, est membrana, quæ totum abdomen interius, ejusque viscera exterius circumvestit, constat ex tunica dupli. Arabis *Siphac*. A περιτονεῖον circumtendo.

**PERITOMA**, est excrementum, post humorum cœctionem in corpore, relictum, Item, reliquæ morborum. A φειτόδων redundo.

**PERNIO**, χιονετλος, & μάλλη Theoni, est tumor præternaturalis, à frigore brumali præcipue in pedibus & manibus excitatus, qui tandem in scissuras & ulcerationes terminatur. Germ. gefrorene Hände oder Füsse.

**PERONA** sive *Fibula*, sic dicta, quod tibiæ musculos conjungere videtur; etiam *sura*, *Canna minor*, *Focile minus* &c. estque os minus & tenuius tibiæ extrinsecus

secus attensum, ut radius cubito, unde *peronæus* tibiae primus & secundus musculus sic appellatur vide *Fibula*.

**PERONÆUS**, vide in *Perona*.

**PERPER ACUTUS**, vide *Acutus*.

**PERSICUS** ignis vid. *Ignis Persicus*.

**PERVIGILIUM** notat vigilias nimias p. n. cum corporis languore aliisque symptomatibus, ab irrequieto & nimio spirituum animalum motu in cerebro dependens.

**PESSARIUM** est medicamentum oblongum, quod adversus varios uteri affectus, in crassioris, longiorisque digiti figuram efformatum, in cervicem ejus immittitur. Germ. *Mutter-Zapflein*.

**PESSULUS**, idem quod *Pessarium*.

**PESSUS**, idem quod *Pessarium*.

**PESTIS** est morbus epidemius, contagiosus ex miniatore venenato ab aëris nitro nimis aculeato, & eventu, primum suscepito: deinde per contagium propagato, ortum ducens; qui occultè & latenter homines aggressus, spirituum extinctiones, cruoris coagulationes, ipsius & partium solidarum, siderationes & ~~sanguinis~~ infert, & cum apparentia exanthematum, Bubonum aut Anthracum, nec non horrendo aliarum symptomatum apparatu; ægros in vitæ periculum adducit. Græc. λοιμός. Germ. die *Peste*.

**PETALOIDES**, est urina foliacea aut squammea. Ex *nīmās* folium, squamma, lamina, & ~~ad~~ forma.

**PETECHIAE** sunt maculæ seu exanthemata cutis. Vid. *Lenticula*.

**PETECHIALIS**, est febris continua, maligna pulicaria dicta, qua cutis, maculis, pulicum mortui similibus, variegatur.

**PETIA**, est linteamen, ex quo sacculi formantur, in usum medicum.

**PETIGO**, idem quod *Lichen*.

**PETROSUMOS**, est interna ossis temporum facies, sic ob

sic ob lapidis petrosam duritatem appellata. Ex ~~luteo~~ lapis, & ~~lutea~~ forma.

PHACIA, idem quod *Lenticula*.

PHACOS, est macula faciei lentem referens; unde *Lenticula* & *Lentigo* appellatur.

PHACOTOS, est scalpri Chirurgici genus, lentem referens. A φακός lens.

PHÆNIGMUS sive *Sympasma*, est medicamentum, quod in cute rubedinem excitat. A φαινω rubefacio.

PHÆNOMENA, sunt omnia, quæ secundum & præter naturam in corpore nostro apparent. A φαινω appareo.

PHAGADAENA in genere denotat ulcera mali moris, serpentia, in specie verò cancrum exulceratum. A φάγω edo.

PHALACROSIS, est calvities sive capillorum decidentia & profluviū. A φάλος albus, & αέρι summus. Germ. das Ausfallen der Haare.

PHALANGOSIS, est palpebrarum vitium quando duplice aciem pilorum repræsentant, vel quando interius crescunt, ita ut oculos pungant & lachrymas excitent. A φαλαγξ acies.

PHALANX, est ossium digitorum series, velut in aciem structa.

PHANTASIA, est sensus internus seu imaginatio, qua aliquid menti repræsentatur & imprimitur, ut suo tempore cum ejus expressione proferatur. Videtur quod imaginatio sit spirituum animalium quædam undulatio, interius in cerebri meditullio, & deinde versus ambitum ejus undeque expansa. A φανταζω repræsento. Germ. die Einbildung/einbildungskraft.

PHANTASMA, idem quod *Pphantasia*.

PHARMACUM, *Remedium*, seu *Medicamentum*, est, quicquid contraria agendi vi morbum impugnare est aptum: estque vel *actuale* vel *potentiale*: *simplex* vel *compo-*

*compositum* : *dogmaticum*, vel *empiricum* : *externum* vel *internum* : *naturale* vel *artificiale*. A φαρμακῶι medicamenta conficio. Germ. ein Medicament / ein Mittel wieder Krankheit.

PHARMACEUTICA, idem quod *Pharmacia*.

PHARMACIA est ars medicamenta colligendi, eligendi & componendi : pharmacopolia tamen hodie plerisque in locis corrumpuntur, partim propter exotica quædam adulterata, partim avaritiâ pharmaco-pæorum ; ideoque medicus monendus si citò, tuto, & jucunde medicinam facere velit, ne medicamenta ex pharmacopoliis, sed αὐτοπεγνωσάσια sua ægris propinet : expertus loquor. A φαρμακῶι medicamentis purgo. Germ. Apotheker-Kunst.

PHARMACOPÆA est doctrina sive descriptio rerum medicamentalium ad bene medicandum : seu est doctrina medicamentorum, adeoque & *pharmacologia* eodem sensu dicitur.

PHARMACOPÆUS, sive seplasiarius est vir pharmaciæ peritus, qui novit medicamenta colligere, eligere & componere : estque medici manus dextra, quamvis arte & scientia Chirurgus ei anteponendus.

Dextra manus Medici Doctoris, *Pharmacopæus*:

Lævaque Chirurgus jure vocandus erit.

Ex φαρμακῶι medicamentum, & τοιει facio Germ. ein Apotheker.

PHARTNGETRUM, nunc pro pharynge, nunc pro osse hyoidis sumitur.

PHARTNGOTOMIA, idem quod *Laryngatomia*.

PHAYNX, est superior pars æsophagi, movetur & constat ex tribus musculorum paribus, *Cephalopharyngeo*, *Sphenopharyngeo*, quibus accedit *Spincter*, qui & æsophagæus vocatur. A φάγῳ comedo, deglutio. Latinis *Fauces* & *Frumen* Donato. Græc. φαρόγγιστος. ἀεφάγει γρ. βρόχος.

PHIALA est vas vitreum, cuius venter in modum sphæ-

sphæræ rotundus in canalem gracilem desinit & protenditur, usibus Chimicis variis iſſerviens.

PHILIATROS est is, qui medicinam amat, seu eidem operam dat.

PHILTRUM est concavitas labro superiori impressa & dividens, sic quasi amabile dicitur. Sumitur quoque pro medicamento amorem conciliante, *Amatorium ſirus* Plin. *Amatoreum poculum* Cic. quale deleniamentum vocant Afrianius. Græc. φίλτρον, iung G. ein Liebes-Trank.

PHIMOSIS, idem quod *Paraphimosis*. Item, inversio palpebrarum ab inflammatione. A φιμός obturamentum.

PHLEBORRHAGIA, est venarum ruptio. A φλέψ.

PHLEBOTOMIA, est venarum sectio per lancettam. vide venæ sectio Ex φλέψ vena, & τέμνω feco. Germ. Blutlassung / Aderlaß.

PHLEBOTOMUS, qui venas secat; item instrumentum quo venæ secantur. Ex φλέψ vena, & τέμνω feco.

PHLEGMA sive *pituita*, olim Galenicis notabat quartam sanguinis partem componentem, seu unum ex quatuor humoribus, qui sanguinem componere putabant. Hodie vero vel notat serum ipsum, vel ejusdem excrementa, seu particulas excrementitias, quæ hinc inde in corpore excernuntur sub glutinosa potissimum consistentia, cujusmodi exempla præbet mucus narium, pituita intestinalis &c. Phlegma item chimicis notat principium, quod in resolutione corporum, per ignem acquiritur, nempe liquor insipidus, qui spiritum in nonnullis antecedit, ut mineralibus, nonnunquam sequitur, ut in vegetabilibus & animalibus utplurimum.

PHLEGMAGOGA sunt medicamenta purgantia & pituitam seu serum eductentia. Ex φλέγμα pituita, & ἄγω duco.

PHLEGMASIA, est inflammatio, æstus, ardor. A φλέγμα uro. Germ. eine Entzündung.

**PHLEGMATICI**, sunt qui nimia pituita abundant.

**PHLEGMONE**, *Inflammatio*, φλεγμονή, φλέγωσις & φλεγμασία est tumor p. n. ex sanguine in cutem, subiectosve musculos, viscera, membranas, &c. effuso, calorem, rubedinem, eminentiam satis altam, dolorem, pulsionem & tensionem excitans. Causa est incalatio sanguinis in illa parte impedita. A φλέγμα uro. Germ. eine Enzündung.

**PHLEGMONODES**, est inflammatio phlegmone similis Ex φλεγμονή inflammatio, & εἴδος formā.

**PHLYGOSIS**, idem quod *Pblegmone*.

**PHLYCTÆNA** sive *papula*, est pustula vel vesicula in cute excitata. Item sub cornea tunica, ab ulcusculo, humoris p. n. collectio: Vocantur & φλυκτίδες, φλυκτά, & φλύξεις. Arab. *Saphati*, Ab aliis ignis silvestris appellatur. Item φλυκτᾶ, φλυκτής, φλυκάτος Gal. à φλυκταινεῖσαι in pustulas erumpo. Vel ἀπὸ τῆς φλύξης vel, φλύξης quod bullire & fervere est, pustulæ & vesiculæ quasi à ferventibus & acerrimis humoribus excitatae iis, quæ ab igne vel fervente aqua excitantur, similes.

**PHLYCTÆNODES**, sunt pustulæ phlyctænis similes.

**PHOSPHORUS** præter venerem coelestem, solem mane præcedentem, hodie nonnullis denotat idem quod noctiluca: corpus nempe in tenebris lucens, quod est vel naturale ut *lapis Bononiensis*, & *adamas Boylei*; de quo *tr. de color* in fin. vel artificialis, ut *il-lud* quod ex nitri spiritu & creta paratur. Vid. supr., Noctiluca.

**PHRENES**, idem quod *diaphragma*.

**PHRENESIS**, idem quod *Pbrenitis*.

**PHRENITIASIS**: idem quod *Pbrenitis*.

**PHRENITICI NERVI**, sunt qui ad diaphragma pertinent.

**PHRENITIS**, *Phrenitiasis*, seu *Pbrenesis*, est delirium, cum febre continua, sæpè cum furore & excandescencia à spirituum animalium p. n. incalescentia (non autem

autem à cerebri inflammatione, quæ antiquis placuit producta. Clariss. *Willisius* phrenesin hoc modo definit, quod sit nempe, totius animæ sensitivæ, sive spirituum animalium quoad totam eorum hypostasin, plogosis sive inflammatio. A φρενῳ mens, quia mens laborat. Germ. grosse Raserey in hizigen Fieber.

**PHRICODES**, est febris horrifica, in qua una cum calore horrores sentiuntur. Ex φρενῳ horror, & ἀἵσθιος forma.

**PHTHARTICUM**, est Medicamentum, corrumpens & deleterium. A φθείᾳ corrumpo.

**PHTHIRIASIS**, sive *morbus pedicularis*, est affectio, qua verminat corpus, scatetque pediculis. Item, palpebrarum scabies furfuracea & squamosa. A φθείᾳ pediculis scateo. Germ. die Läuse-Sucht.

**PHTHISISCUS**, est, qui pulmonum tabe laborat. A φθοῖς. Germ. ein Schwindsüchtiger.

**PHTHISIS**, *Tubes*, φθοῖ, φθίσεις μόσας Plutarch. τηλεστὸν πῦρ Aretæo; est universi corporis consumptio, ex pulmonum ulcere orta, cum febri lenta & continua conjuncta; cui saepe anhelitus fætens & tussis conjungitur. A φθοῖ corrumpo. Germ. Lungen-Geschwär / Schwindsucht.

**PHTHOE**, idem quod *Phtisis*.

**PHTNORA** corruptio it, abortus.

**PHYGETHLON**, est tumor, p. n. ab inflammatione glandularum ortus, in quo natura quid expellit, ut in peste circa inguina &c. Germ. eine Beule.

**PHYMA**, sive tuberculum, Græc. φύμα & φυτόν, quatuor vel quinque generum sunt, Verrucae Calsi, Vari, Furunculi & Hydroa sive Desudationes, de quibus suo loco. Aliis est tumor glandularum duntaxat, qui statim augetur & ad suppurationem festinat. A φύμα cresco.

**PHYMATODES**, est tuberculum phymati simili.

**PHYSEMA** seu *Physis*, est inflatio in quacunque

corporis parte, intestinis vel abdomine ut in Tympanite. A φυσίᾳ inflo.

PHYSESIS, idem quod *Physema*.

PHYSIOGNOMICA, sunt signa, quibus nonnihil ex vultu præfigiri potest. Ex φύσει natura, & γνώσκω cognosco.

PHYSIOGNOMIA est peritia in natura cognoscenda. A γνώσκω cognosco.

PHYSIOLOCIA, est medicinæ pars, quæ docet corporis humani constitutionem quatenus sana. Ex φύσει natura, & λόγῳ narrō.

PHYSOCELE, idem quod *Pneumatocele*.

PHYSODES, est quod flatibus abundat. A φυσίᾳ inflo, & ἀδιορθοί forma.

PIA MATER, vide *Mater Tenuis*.

PICA, vide *Citta*.

PICATIO, vide *Dropacismus*.

PICRA, vide *Hiera Picra*.

PICROCHOLUS, qui amaram bilem eructat, eaque abundat. Ex πίκρῃ amara, & χολῇ bilis.

PILULA, est Medicamentum solidum sphærica figura, pisi magnitudine, ex pulveribus, gummis, extractis &c. glutinoso liquore exceptis, efformatum.

PILI sunt corpora teretia, tenuia constant ex plurimo sulphure & terra; pro diverso temperamento, diversum colorem obtinent, crescunt ex poris cutis, ut per eos, tanquam, tubulos, omnes vapores & fumi facilius foras exhalent. Microscopium nostrum in iis plurimos nodulos ceu valvulas detexit.

PINEALIS CLANDULA, vide *Conarium*.

PINGUEDO, vide *Adeps*.

PINNA AURIS est superior & latior pars ipsius auris, quæ *ala* dicitur.

PISSELÆON est medicamentum compositum ex pice & oleo mixtum.

PITTACIUM, est pannus modicus, qui medicamento illitus, affecto loco imponitur. πιττάκιον πτλαίτυσμα qui

qui latior videtur, ut *splenium*, oblongior: *splenium* Plinio, à splenis figura, longiusculum propriè emplastrum est.

PITUITA, idem quod *Phlegma*.

PITUITARIA GLANDULA, vide *Glandula pituitaria*.

PITYRIASIS, vide *Furfuratio*. A *πίτυρος* furfur.

PITYROIDES, est urinæ sedimentum furfuraceum.

Ex *πίτυρος* furfur, & *σάπες* forma.

PLACENTA UTERINA, seu Hepar uterinum. Est substantia rubra hepatis similis plurimis acinis glandulosis referta. Habet venam & arteriam ex funculo umbilicali & vasa forte lymphatica à partibus vicinis. Parte exteriore utero adhæret, alterutri latè indifferenter, frequenter tamen in medio, quemadmodum fructuum petiolus arbori: interius Chorio obducitur: ex uteri porositatibus succum nutrientem accipit, qui per venam umbilicalem, una cum sanguine reffluo, in usum fœtus facescit, cuius pars superflua ab arteriis in amnion deponitur, ut fœtus etiam per os nutriatur. Placenta illa una cum membranis, post enixum fœtum, etiam expellitur, quæ secundinarum nomine veniunt. Germ. die Nach Gebuht.

PLADAROSIS sunt parva & mollia tubercula, internæ parti palpebrarum accrescentia.

PLAGULA, vide *Splenia*.

PLANTA NOCTIS, idem quod *Hydroa*, & *Sudamina*. Sic dicitur eo, quod à frigore nocturno potissimum inducatur.

PLASTICA VIRTUS, dicitur quæ vim habet aliquid formandi: veterum est locutio & ignorantiae asylum: quod enim rectè explicare non poterant, vim plasticae vocabant: ut est vis ossifica, expultrix, attratrix &c. A *πλάστης* fingo.

PLATYSMA, est linteum latum, quod ulceribus superimponitur. A *πλατύς* latum.

PLATYSMA MYODES, vide *Myodes*.

**PLECTRUM**, vide *Cion*.

**PLENITUDO**, est *Pletora* sive nimia boni sanguinis abundantia; quæ est vel ad vasa, vel ad vires: vide *Plethora*.

**PLEROSIS** repletio.

**PLEROICA**, sunt Medicamenta carnem restaurantia & impletoria. Vide *Sarcotica*. A πληρόω impleo.

**PLETHORA** est, cum sanguis, alendo corpori utilis, in vasibus supra mediocritatem abundat. Estque vel ad vasa, cum sanguis ita abundat, ut vasa, quibus continetur, mole suâ distendat: vel ad vires, quando tanta est sanguinis copia, ut vasa quidem non supra modum repleteat; viribus tamen sit gravis. A πλεύτης impleo. Germ. überflüdig Geblüte.

**PLETHORICUS**, est sanguinis boni nimiâ copiâ laborans. A πλεύτης repleo. Germ. Blutreich.

**PLEURA** est membrana thoracem ejusque viscera intus succingens.

**PLEURITIS**, est membranæ pleuræ & musculorum intercostalium inflammatio, cum febre acuta continua, punctorio lateris dolore, difficultate respiratione, tussi sputoque interdum cruento. Estque vel vera, ut iam definivimus, vel spuria. A πλεύρη latus. G. Seitenstechen.

**PLEURITIS NOTHA** seu spuria, est species pleuritidis, sed signa aliquo modo differunt.

**PLEXUS CHOROIDES** supra glandulam pinealem, velut supra fibulam suspendi videtur: iste plexus ad hunc modum constituitur: Ex utroque medullæ oblongatae latere, ubi cerebri limbus ei connectitur, duæ arteriæ è posterioribus carotidum ramis, ubi vertebralibus uniuertunt, oriundæ, rectâ ascendunt, quæ statim divisæ, velut plures rivi juxta consiti, versus glandulam pinealem evehuntur, ibidemque mutuo o cursu terminari videntur; atque illic loci, è sinu quarto surculi venosi utrinque prodeunt, qui pariter in filamenta divisi, arteriis capillaribus obviam fiunt, inque

inque illos pluribus in locis inosculantur, & varie complicantur; adeoque hæc vasa, inter se plurimum irretita, & glandulis interserta, plexus admirandos constituunt; cuius usus est sanguineum aquosum ablegare & suo calore partes adjacentes velut in balneo fovere. Item, *ufera tunica* pupillam constituens.

PLEXUS NERVOUS dicitur, cum duo vel plures nervi coëunt, extuberantiam velut nodum constituant.

PLEXUS RETICULARIS seu *Retiformis*, vide *Plexus Choroides*.

PLICA est morbus *Polonia* endemius, quando capilli capitis, in unum circum, vel plicam concrescunt, instar caudæ vaccinæ, adhæc, etiam gibbi fiunt, laxantur artus, membra conglobantur & retractoruntur, pediculos fundit, aliaque symptomata inde proveniunt, Diligentissimus F. Ruisch. mihi plicam ostendit, quam in museo inter alia rariora servat.

PLUMACEOLA, idem quod *Spleina*.

PNEUMA spiritus, idem flatus.

PNEUMATOCELE, est ramex seu Hernia ventosa: cum scrotum à flatibus distenditur. A πνεῦμα ven-  
tus, & κύλη tumor. G. ein Wind-Bruch.

PNEUMATODES, est anhelosa respiratio. A πνία  
spiro, & ἀριθμος forma.

PNEUMATOSIS, est spirituum animalium genera-  
tio, quæ fit in corticali cerebri substantia, illic arte-  
riolæ deplentur, & spiritus extillantur, qui postquam  
cerebri medullum subierint, totum nervosum ge-  
nus, motibus actionibusque sensitivis perficiendis, ir-  
radiant. A πνεῦμα spiritus, & τιθημι constituo.

PNEUMATOMPHALUS, est umbilici, flatibus in ven-  
tre collectis, protuberantia. Ex πνεῦμα flatus, & οὐρ-  
φαλός umbilicus. Germ. ein Wind-Bruch im Nabel.

PNEUMON, Græcis Πνεῦμα pulmo. A πνία spiro.  
vide *Pulmones*.

PNIGALIUM, idem quod *Epihies*. A πνίγω suffoco.

PNIGMUS, est suffocatio, seu strangulatio. A πνιγμῷ strangulo.

PODAGRA; est Arthritis pedum, vide in Arthritis. Ex πόδες pes, & ἀρθρίτις bapio.

POLLEN est farina tritici tenuissima. Tribuitur etiam cuvis pulveri subtili. Hinc in pollinem redigere, est subtilissime pulverisare.

POLLINCTURA i. e. *Balsamirung der Todten.*

POLLUTIO nocturna, est involuntaria seminis, eum titillationis sensu, per libidinosa insomnia, excretio.

POLYCHRONIUS, est morbus diuturnus, qui ad menses & annos plurimos saepe extenditur. Ex πολύτευτη multus, & χρόνος diuturnus.

POLYGOPHORA, sunt potus seu vina plurimis spiritibus pollutia. Ex πολύτευτη multum, & φορέω fero.

POLYPHROS variam habens formam, uti in specie appellatur os cuneiforme.

POLYPUS CORDIS est similis concretio alba, quæ vel dextri ventriculi staminibus adhaerens in arteriam pulmonalem ramis protenditur; vel etiam si in sinistro ventriculo accidat in arteriam magnam ejusque divaricationes brachiis suis porrigitur. Duplex verò esse solet perfectus, qui corpus magis cohærens & compactum exhibet, & imperfectus, qui levius cohæret. Uterque supponit visciditatem serpi nutritii & ejusdem coagulationem, de qua catus latius vid. *Malpigh.* polypo cordis.

POLYPUS, est tumor p. n. in cavitate narium: estque duplex, vel turundæ formam refert, & *Sarcoma* generali nomine vocatur: vel rāmulis aut pedibus variis ad oris interiora aut nasi exteriora se extendit: Color est albus; saepe ad rubedinem vergit; aliquando lividus, & niger. Ex πολύτευτη multus, & πόδες pes.

POLYSARCIA, est nimia corpulentia corporis. Ex πολύτευτη multum, & σάρξ caro.

POMPHOLIGODES, urina est, cui in superficie plurimæ

rimæ bullæ innatant, quæ plerumque in flatibus & doloribus corporis observantur. Απομφελιγόνα bul-  
las excitat.

POMUM ADAMI, est protuberantia illa in collo ante-  
rius conspicua, sic dicitur quia vulgo persvasum  
est, in Adami faucibus pomi partem ex poena divina  
remoratam esse, & ad posteros translatam.

PONDO, de ponderibus Job. Rhodius hæc habet: in-  
ter pondera Romana reliquorum omnium tam pon-  
derum quam mensurarum veluti regula primas me-  
ritò poscit Libra Cujus Shema P. Celso sine ulla adje-  
tione, notat pondo solum, hoc est, Libram, non mer-  
calem, negotiatoriam, τυπάλη Polluci, Gallis Regiam,  
quæ Scnum Denum Budæo, de Ass. lib. 2. f. 38. Sede-  
cim unciarum H. Janio, sed Romanam, quæ tam men-  
suralis à mole, quam à gravitate ponderalis, Assis in-  
star, Romanis usitatisimè XII. Unciarum sive 84.  
Denariorum erat: non quidem leví conjectura sed  
computatione legitima, nostræ æqualis; hoc tamen  
discrittine, ut Libræ Unciae XII. mensurales, X. de-  
cem ponderales respondeant, ex Galeno lib. 6. de  
comp. Med. s. gen. cap. 8. Soli, quod sciam, Budæo  
de Ass., duodecim & dimidiæ, cujus sententiae mo-  
menta Agricola solidè infregit lib. 4. de pond. & Men-  
suris. Nostris sic notatur H. pond. & Libr.

PONTICUS notat speciem saporis, ubi acido parti-  
culæ adstrictoriae vitriolicæ junguntur.

POPLITEA VENA, ex duplo ramo crurali misto  
constat, & sub cute tecta posterius per medium po-  
plitis flexum, excurrit usque ad calcem, aliquando  
ad malleoli externi cutim.

PORI, dicuntur meatus exigui & insensilea cutis  
aliarumque partium, per quos sudor & effluvia vapo-  
rosa ex corpore decedunt. G. Schweig. Löcher.

POROCELE, est Hernia ex callo aut calculo exci-  
tata. Ex πόρος callus, & κίλη tumor.

POROMPHALUS, est calculus aut callus, in umbi-

lico protuberans. Ex πάγος callus, & ὑμφαλός umbilicus.

POROTICA, sunt Medicamenta callum generantia, seu quæ exsiccando, incrassando, & astringendo partis alimentum in callum convertunt. A πάγος callesco.

PORUS BILARIUS, seu Hepaticus, est canalis, qui ab Hepate, per ductum communem, biliosum suum excrementum, (quod in Hepate, mediantibus glandulis exiguis, segregatur) in intestinum duodenum amandat. Germ. der Gallens Gang. *Porus* etiam omnem ductum & meatum significat. A πάγη per vado.

PORRIGO, idem quod *Furfuratio*.

PORRUS est species verrucæ, quæ radices quasdam ad extra habet ad similitudinem porrorum.

PORTÆ VENA, vide in *Vena*.

POSCA, idem quod, *Oxycratum*.

POSTBRACHIALE, idem quod *Metacarpus*.

POSTHE præputium, glandis in pene tegumentum.

PASTHIA idem quod *crithe* seu *bordeolum*.

POTIO, vide *Hausmus*.

PRÆCIPITATIO late notat quamcunque particularum in liquore quodam solvente hærentium ad fundum declinationem. Sic extracta quæ evaporatione fiunt præcipitari dicuntur, quando particulæ amplius in fluidi poris hærere non possunt. Item hoc modo, quando saturati liquores particulæ quasdam ad fundum dimittunt, id præcipitatio audit. Strictè vero præcipitatio est quædam minimarum particulæ in liquore conveniente solutarum per alium liquorem infusum, ad fundum deturbatio, quæ contrarietatem pororum particularum supponit. Sic quæ acido soluta sunt, alcalibus præcipitantur, ut magisteria utplurimum. Germ. Niederschlagung.

PRÆCIPITATUM οὐτ' εἶχε, nqtat mercurium præcipita-

cipitatum rubrum, qui tamen non per præcipitatio-  
nem, sed evaporationem paratur.

PRÆCORDIA, Græcis φρέσις sunt viscera omnia,  
thorace contenta.

PRÆDICATIO vid. prognosis.

PRÆFOCATIO *uterina*, vide *Hysterica passio*.

PRÆPARANTIA *Medicamenta*, idem quod *Digerentia*.

PRÆPARANTIA VASA, sunt venæ & arteriæ ad  
testes & Epididymides eantes, sic à veteribus appell-  
lantur ex præjudicio, putabant enim in iis semen præ-  
parari: vena plurimis ramificationibus & anastomos-  
ibus; arteria verò recto ductu, duabus aut ad sum-  
mum tribus ramificationibus incedunt.

PRÆPUTIUM, Græcis ἀνερθυσία & προστή est glan-  
dis penis virilis, involacrum, à putando dictum, ab  
Hebræis enim & Turcis resecatur, unde Apellæ &  
Recutiti appellantur. Item clitoridis projectura.

PRÆSEPIA, sunt foraminula illa utriusque maxil-  
læ, quibus dentes continentur. φάτναι & φάτναι *Gale-*  
*no*. Item apum alveos sive cellulas, præsepio, ap-  
pellant.

PRÆSERVATORIA INDICATIO, est modus, quo per  
victus rationem & remedia convenientia à morbis fu-  
turis præservamur.

PRÆSIDIUM, idem quod *Remedium*, *Auxilium*.

PREGMA, vide *Bregma*.

PRESBYTIA, est obscuritas visus in rebus propin-  
quis, cum tamen in distantibus aliqua sit perspicaci-  
tas: senibus familiaris. Ex οχιςβυς senex.

PRIAPISMUS, est tentigo, sive pudendi diutina, sine  
libidine, erectio, orta à musculorum penis convulsi-  
one. Item membrum virile. A οὐλαντος *Priapus*,  
*Veneris* & *Liberi* Filius.

PRIMORES DENTES, sive *Anteriores*, ab officio in  
cibis incidendis dicuntur *incisores* & *incisorii*: Item  
γαλάσται, quia inter ridendum primi denudantur: to-  
nici Celso, πηνες, διγαστηρες καινοις, τομεται &c. nu-  
mero

pero quatuor sunt superius, totidemque inferius.  
Germ. Förder-Zähne.

PRINCIPES DIES, vide *Critici Dies*.

PRINCIPIA idem quod *Elementa*.

PROBOLE, idem quod *Apophysis*.

PROCATARTICA, est causa morborum præ existens, vel præincipiens, una cum aliis agens, unde primo morbus producitur; sive illa sit externa sive interna, ut ira vel æstus aëris Cacochymiam movens febrinque inducens, A ~~αγκατάριχη~~ antegredior.

PROCATARRIS, idem quod *Procatarica*.

PROCESSUS, idem quod *Apophysis*.

PROCESSUS PERITONÆI, sunt veluti fistulæ duæ oblongæ, vel canales laxiores viris in scrotum descendentes, per foramina tendinum muscularum obliquorum & transversorum, in quibus productionibus, vel didymis uti vocarunt veteres, vasa seminaria descendunt & recurrunt, atque prope testes processus hi magis explicantur, fiunt testium tunicæ.

PROCIDENTIA ANI, est intestini recti, propter nimiam laxitatem, per anum dilapsus. Vocantur item *procidentia sedis* Plin. procidia sedes *Eidem*, ~~αποκίνηταις αρχαῖς~~, quando sedes prolabitur. ~~αποκίνηταις αρχαῖς ἐδρᾶς~~. Germ. Ausstretung des Mastdarms.

PROCIDENTIA UTERI, est relaxatio tunicae internæ vaginæ, qua per pudendum prolabitur, & à medicis resecata fuit; olim & adhuc quidam uterus prolabi posse putant: sed illum prolapsum, ligamenta uteri prohibent. Quamvis nonnulli experimenta & observationes clarissimas in contrarium afferant.

PROCONDYLI sunt ossa digitorum, Metacarpio proxima. Ex ~~αρχή~~ pro, & ~~κόνδυλος~~ digitus.

PRODROMUS, est morbus, alium superventurum indicans: ut angustia pectoris, Phthisis vel Rachitism præsagit. Ex ~~πρό~~ præ, & ~~δρόμος~~ cursus.

PRODUCTIO, vide *Apophysis*.

PROEGUMENA, est causa Antecedens interna, in corpore

corpore ex alia ortum habens, & ita morbum producens, ut eâ sublatâ, morbus possit perseverare: ut Plethora vel cacochymia, vitiata victus ratione producita, unde obstructio vasorum & meatuum vel constipatio viscerum producitur. A *αφύγησις* antecedo.

PROGNOSIS, & *Prognostica signa* sunt, quibus futura, quæ ægro accidunt, præcognoscimus. Tria autem in ægro præcipue sunt prægnoscenda Medico: Eventus morbi, tempus, & ejus Modus. A *απογνώσις* præcognosco.

PROJECTURA, vide *Apophysis*.

PROLABIA, sunt extremæ labiorum partes prominentes.

PROLAPSUS UTERI, vide Uteri *Prolapsus*.

PROLEPTICUS, est morbus, semper anticipans: ut si febris hodie horâ quartâ adveniat, cras verò horâ tertiam vel secundam.

PROPHASIS, est prænotio in morbis. Item, occasio & causa antecedens. A *αφάντησις* præluceo.

PROPHYLACTICA, est pars Hygieinæ, quæ morbos futuros & imminentes avertit. A *αφυλάκτωσις* præservo.

PROPHYLAXIS, idem quod *Prophylactica*.

PROPOMA, est potus ex vino & melle vel saccharo paratus. A *αφέντησις* præbibo.

PROPOTISMA, est Medicamenti propinatio. A *αφέντησις* præbibo.

PROPTOSIS, est partis alicujus procidentia: ut oculi, omenti, uvulæ &c. A *αφέπτωσις* procido.

PROSPHEROMENA, sunt Cibi, vel Medicamenta, quæ intra corpus sumuntur. A *αφέρεσις* offero, adhibeo, admoveo.

PROSPHYSIS, est adnascentia, cohærentia & coali-tio, cum sc. digiti p. n. sibi invicem connexi sunt & coalescunt. A *αφέρεσις* adnasci facio. Germ. ein Zusammenschwachsen der Glieder.

PROSTATÆ, Adstantes, sive corpora glandulosa, sunt duæ

duæ glandulæ infra vesiculas seminales sitæ, juxta meatum seminarium; quæ (ut conjicere est) urethræ lubricationi inserviunt, & vehiculum seminali materiali ejiciendæ præbent; item & titillationi ansam dare perhibentur: quarum succus aut liquor per varios tubulos in uretra, ad latera foraminum semen ejicientium, desinentes, una cum semine ejicitur. Simile quid in fœminis reperit Doctiss. C. Barthol. T, F. cum R. de Graaf. A ~~αγενήσιος~~ prostitutio, præsum.

**PROSTETHIS**, est pectus, sive thoracis anterior facies. Item, pars carnosa in manuum & pedum cavitate, nec non inter digitos nascens. Ex ~~αγένησιος~~ pro, & ~~πρόσθιος~~ pectus.

**PROSTHESIS**, est pars Chirurgiæ, quæ, quod deficit, restituit. Exemplum habemus in solutione continui, in ulceribus cavis & fistulosis, quæ arte chirurgica carne supplentur. A ~~αγενήσιος~~ appono.

**PROTOPATHIA**, est morbus primarius, sive Idiopathia, quæ ab alio morbo non est orta. Ex ~~αγενήσιος~~ primus, & ~~πρώτη~~ patior.

**PROTUBERANTIA**, vide *Apophysis*.

**PROVOCATORII DIES**, vide *critici dies & intercalares*.

**PRUNA**, idem quod *Carbunculus*.

**PRURITUS**, Græcis *κηρυκός*, *κηρυκός* & *ξυρός* Latinis Item, *Prurigo* & *Scalpurigo*, est cutis inæqualitas sicca, cum difficultate pruriginosa, ortum habens à particulis salino-fixis pungentibus, in cute ab aliis tenacioribus retentis, quæ exhalare non possunt. Gr. *δακτυλία*.

**PSAMMISMUS**, est balneum ex arena sicca & calida, quo Hydropicorum pedes exsiccantur. A *ψάμμος* arena.

**PSAMMODEA**, sunt urinarum contenta arenosa & fabulosa. Ex *ψάμμος* arena, & *εἶδος* forma. Germ. *Sanddichter Urin*.

PSAM-

**PSAMMOS**, est arena in corpore humano genita, quæ in passione nephritica sæpe emingitur.

**PSILOTHRON**, est Medicamentum, quo pili, vel è corpore auferuntur vel propter hirsutiem attenuantur. A *ψιλός* tenuis, & *λύω* lavo.

**PSOAS** sunt musculi lumborum, circa duas inferiores thoracis & tres lumborum vertebraes superiores, initium assecuti, obliquo descensu in rotatorem femoris minorem deferuntur, à quo femur flectitur. A *ψαύω* contraho.

**PSORA**, est scabies fera cutim in furfures mutans. A *ψωειάω* scabie labore. Græcis *ψέγε αγεία*.

**PSORIASIS**, est scabies scroti sicca, pruriginosa, quæ sæpè cum exulceratione molestat.

**PSORICA**, sunt Medicamenta adversus scabiem.

**PSOROPHTHALMIA**, est pruriginosa oculorum scabies, ex *ψέγε* scabies, & *οφθαλμία* oculorum dolor.

**PSYCTICA**, sunt Medicamenta refrigerantia. A *ψυχός* frigus.

**PSYDRACIA**, ut definiverunt *Paulus & Alexander*, sunt exigua cutis capitis ulcuscula, similia eis, quæ cutem exardere solent. *Celsus* paulo diversus definit, quod sit paulo durior pustula subalbida, acuta, ex qua, quod exprimitur, humidum est. *Pollux* verò ex medicis ipsis definivit psydracia esse igneas efflorescentias ulceratas sponte in capitis cute appartenentes. *Psydraces* aliis sunt parvæ pustulæ, tanquam bulæ, supra cutim, à frigore hyemali efflorescentes. A *ψυχός* frigus.

**PSYLOTHRUM**, vide *Psilothrum*.

**PTARMICA**, seu *sternutatoria*, sunt, quæ majoris quam errhina, prædita acrimoniâ, tantopere irritando, & cortugando meninges, pituitam circa nares exprimunt, ut magna copia tum expellatur, tum erumpat. A *πτλαιών* sternuo.

**PTERNA**, idem quod *Calx*.

PTERY-

PTERYGIUM, est ala nasi vel oculi aut processus aliformis osis sphenoidis. Item, excrescentia membranosa, unguis & ungula dicta, supra corneam oculi tunieam, ab angulo ut plurimum interno, versus oculi pupillam excrescens eamque saepe obscurans. Germ. *ein Nagel*. Item Nymphæ pudendi muliebris. A πτερόν ala.

PTERYGOIDES, dicuntur processus & musculi osis cuneiformis. A πτερόν ala, & ἑδες forma. Item, cui scopulæ opertæ alatum in modum extant, teste Galeno & Arateo, quod genus hominum tabi obnoxium est. πτερυγίδης Hippocr. & Arateo. φτερίδης Hippocr.

PTERTSTAPHTLINI, sunt musculi Gargareonis sive uvulæ, qui à processibus aliformibus originem consequuntur. A πτέρων ala, & σαφύλη uvula.

PTILOSIS, est oculorum vitium, ubi in crassatis palpebrarum marginibus, ciliorum pili excidunt.

PTISANA, est decoctio ex hordeo decorticato, passulis molidatis glycyrrhiza &c. parata. A πτισσα pinso, decortico.

PTYALISMUS, est nimia salivæ ex ore secretio. A πτύωσι spuo.

PTYALON, est *sputum* sive illa materia, quæ tusciendo ex pulmonibus ejicitur, *saliva* namque propriæ significat liquorem per ductus salivales effusum, *humorem* è natibus & supra palatum, pituitam cerebri; at *mucus* tonsillarum, est materia viscida, quæ per tonsillas excernitur. A πτύωσι Spuo.

PTYSMA, idem quod *Ptyalon*.

PUGILLUS est mensura medicorum, qua flores & herbæ mensurantur; continet pugillus, quantum manus modica capi potest. Ετοι δέκα. Aliis tamen quantum tribus digitis capi potest. Galenus abusivè rutæ fasciculum dixit quantum duobus digitis comprehendendi potest.

PUDENDAGRA nonnullis dicitur lues venerea.

PULMONES, Græci πνευματα & πλευματα vocant. Spir-

Spiramentum animæ *Virg.* organa sunt respiratoria. Statuit CL. *Malpighius* pulmonis compagem ( si nervi & vasa quædam cum Tracheæ ramis excipiuntur ) quandam vesicularum aggeriem esse, atque vesiculas istas ubique protensas & sinuatas, talem situm & nescium obtinere, ut in easdem ex aspera arteria, deinde ex aliis in alias aditus patescat; donec omnes in membranam, pulmones investientem, desinant. Pulmonum usus est respirationi inservire, & sanguinem in pulmonibus, cum nitro inspirato, aliquatenus miscere & accendere. Germ. die Lunge,

PULPA, est caro fructuum, radicum aliorumve corporum, quæ infusione, vel coctione extrahitur, eam per setaceum trajiciendo; ut pulpa tamarindorum, cassiæ, althææ, daçtylorum &c. vel contundendo, ut in cucumeris, melonumve semine; vel eligendo, ut pulpa colocynthidis &c.

PULSUS est motus cordis contractivus, qui fit à fibris ejusdem contractis, quo mediante sanguis per totum corpus dispergitur, & ab eo pro vario spirituum animalium influxu diversimode afficitur. Pulsus est naturalis vel præternaturalis, de naturali locuti fuimus; præternaturalis est, qui pro diversa fibrarum & spirituum animalium effectione varius est, nempe *solidus*, *languidus*, *celer*, *tardus*, *durus*, *mollis*, *equalis*, *inæqualis*, *intermittens*, *deficiens*, *myurus*, *mediocris* &c. Germ. der Puls.

PULVILLI, idem quod *splenia*.

PULVIS vide *species*.

PUNCTUM LACHRYMALE, vide *Lachrymale punctum*.

PUNCTUM SALIENS, dum ovum grandescit, in interiori ejus tinnica, Amnios dicta, nubecula quædam comparet, quæ sensim crassior evadens, mucosam materiam acquirit, in cuius medio primo punctum saliens, deinde rude Embryonis corpusculum, ut informis galba, conspicitur; quod indies augeando majorem perfectionem nancescitur.

PUPILLA seu pupula, est Choroidis sive uveæ tunicæ apertio, in homine rotunda, quæ pro influxu spirituum animalium per muscularare ligamentum contrahi vel dilatari potest. Germ. der Augapfleß.

PUPULA, vide *pupilla*.

PURGANTIA sunt, quæ propter peculiarem partium dispositionem, irritando, carneas ventriculi fibras, à dextris finibus inflatas & contractas, stomachi ambitum simul colligi & versus pylorum inclinari cogunt, ut excretio per inferiora succedat. Cerm. aussführende Mittel.

PURGATIO est motus excretoriūs, in ventriculo & intestinis ob fibras eorum catneas celeriter ac seriatim contractas, crebrior & citior, quo Chylus & foeces, tum humorum recrementa & corruptelæ, illic genitæ, aut aliunde suffusæ, à parte in partem protruduntur, donec per sedem velut cloacam foras ejiciuntur.

PUS, vide *Pyon*.

PUSTULÆ, sunt sanguinis vitiosi efflorescentiæ in cute excitatae, quando vel propter diaphoresin impeditam, vel propter materiam nimis viscidam humores sub cuticula colliguntur & inæqualitatem quandam excitant.

PUTREDO in physicis denotat corruptionem corporis naturalis mixti, qua partium componentium dispositio pristina, quæ formam specificam largiebatur, plane immutatur, plurimis volatilioribus secedentibus, ut exinde tota forma prima tollatur. Contingit putredo potissimum à motu quodam interno particularum subtilissimarum austro, quo reliquæ à se invicem dissolvuntur & secedere coguntur. Ad varia phænomena medica explicanda in primis febres adhibetur vox putredinis; verum toti sanguinis massæ salva vita competere haud potest, licet certæ ejus quantitati ex communi circulo huc illuc secedenti & resta-

restagnanti revera accidat, quod ex puris generatio-  
ne hujusque qualitatibus patet.

**PUTREFACTIO CHYMICA** est corporis concreti, per  
putredinem naturalem, in calore humido substanti-  
am ipsam corrumpente, ejusque penetralia referan-  
te, dissolutio.

**PYON** sive *Pus*, est sanguis putrefactus & in albam  
materiam concoctus.

**PYCNOYSIS**, vide *Pycnotica*.

**PYCNOTICA**, idem quod *Incrassantia*.

**PYLOS**, vide *Cloaca*.

**PYLORUS**, sive *Janitor*, est dextrum ventriculi ori-  
ficium, cibis expellendis aptum. A πύλη janua, &  
απίω custodio.

**PYOSIS**, est puris in qualibet parte collectio. A  
πύος pus.

**PYRAMIDALES MUSCULI**, in abdomine locantur,  
& rectorum infimis tendinibus incumbunt, nec sunt  
rectorum partes, ut putant *Vesalius* & *Columbus*, sed  
distincti musculi, ut probat *Fallopianus*, licet rationibus  
quibusdam validis, quibusdam inanibus. Membrana  
peculiaris, qua investiuntur, & fibrarum cursus, di-  
versos à rectis esse musculos, ostendit. Ortum ab ex-  
terno pubis osse fortiuntur, & quando longius ascen-  
dunt, tanto fiunt angustiores, circa umbilicum, in al-  
ba linea terminum consequuntur. Aliquando desunt,  
vel sinister dextro minor est, vel dexter sinistro.

**PYRAMIDALIA**, sunt vasa semen præparantia dicta,  
de quibus suo loco. Item musculi narium & abdo-  
mini, pyramidales dicti: item duæ chordæ medulla-  
res circa basin medullæ oblongatae. Videatur *Willis*  
de cerebro cap. 3. A πυραμίδις corpus in superficie  
acuminatum.

**PYRETERION** πυρηνίας est pars furni chimici illa,  
quæ ignem continet.

**PYRETOLOGIA**, est Febrium descriptio: de quibus

*Tb. Willis*, acutissimè scripsit. Ex πυρετός febris, & λίγη enarro.

PYROTECHNIA, idem quod *Chimia*. Ex τύψ ignis, & τέχνη ars.

PYROTICA, sive *Urentia*, sunt Medicamenta potentia calida, quae corpori humano adhibita valde incandescent, propterea quod particulas & poros ita habent dispositos, ut, dum vaporibus vel humoribus se insinuant, subtilis materia tales ibi inveniat meatus, ut ipsa ibi vehementius mota, terrestres quasdam particulas duras & acutas, in iis natantes, impetuosius in vicinas partes agitet, atque ita calorem magis vel nimis vehementem & diversimodè corruptem, vel immutantem, pro ratione sui motus & particularum movendarum diversitate, excitet. Hæc sunt rubefacientia, veficantia, cathæretica, septica, escharotica, & psilothra. A πυρίνη incendo. Germ. brennende Mittel.

PYULCUS, est instrumentum, quo pus extrahitur. Ex πύρι pus; & ἀλκη traho.

PYXIS, est sinus osis Coxæ, quod *Acetabulum* appellatur.

## Q.

QUADRANS, apud Medicos est pondus trium unciarum, id est Libræ Romanæ quarta pars.

QUALITAS est particularum minimarum dispositio seu contextus, unde corpus nostrum quacunque ratione, quale denominari potest. Hæc est Manifesta, Occulta, Venenata, Contagiosa, Pestilens &c.

QUARTANA FEBRIS INTERMITTENS, quam *Saturni filiam* nominavit antiquitas, *Ostavio Horatiano* teste; hodie opprobrium Medicorum, quia difficulter, à Medicis antiquam sectam sectantibus, curabatur. Quadrimi circuitus febris *Plinio*. Gr. πυργαῖος est que præternaturalis sanguinis effervescentia cum suis symptomatibus, quarto quovis die hominem invadens

vadens eumque deserens. In *causa* est sanguis acidus, austerus & succus nutritius ab assimilatione impeditus. Germ. das viertägige Fieber.

QUARTARIUM, idem quod *Quadrans*.

QUERQUERA est febris horrifica seu quæ cum horrore & tremore affigit.

QUID PRO QUO, est, quando Medicamentum unius naturæ & qualitatis pro altero substituitur, hoc tamen, non nisi medicorum consensu faciendum. Gr. Αἰνθελόμενος.

QUINTA ESSENTIA vide *Essentia Quinta*.

QUOTIDIANA FEBRIS *Intermittens*, est, quæ à sanguine crudo & fermentativo, unâ cum chyli prohibita assimilatione, initium sumens, qualibet die redire solet. Græcis πυρρός αιρφυμένος. Germ. das tägliche Fieber.

R.

RABDOIDES, idem quod *Sutura sagittalis*. Ex *ῥάβδῳ* virga; & *ᾳδῃ* forma.

RABIES HYDROPHOBICA. vide *Hydrophobia*.

RACHITÆ & *Racbitæ*, sunt musculi ad dorsum pertinentes. A *ῥάξις* dorsi spina.

RACHITIS, vidé *Rhabditis*.

RADICALES DIES, vide *Critici dies*.

RADICATUM ACETUM vid. acetum.

RADICISECA notabat priscis temporibus Medicorum ministrum colligendis medicamentis simplicibus destinatum.

RADIUS est os cubiti minus, *Focile minus* dictum, obliquius est ulna; & ab ea in medio nonnihil distat, ubi tenue interest ligamentum: supra vero ulna Radium excipit; infra hic illam. Superior ejus pars cum extenso brachii processu articulatur per diarthrosin, unde motus pronus & supinus. Inferior per appendicem cum carpi osse ad maximum digitum. Hujus superior pars tenuior, inferior vero crassior. Græcis Σπέιρε, κρεκτης, παρεπίχιος. Radius etiam *Pa-*

*Racelio & Helmontia* denotat effuvia subtilissima metalorum & lapidum pretiosorum, in quibus vis medica consistit. Existimant enim ea effuvia se habere instar radiorum solarium.

**RAMENTUM** dicitur in genere omne id, quod radendo aufertur ut scobs. In specie vero denotat particulas viscerum interiorum, quae ab acrimonia excedente separatae sunt & excernuntur ut pulmonum, in phthisi, intestinorum in dysenteria &c.

**RAMEX**, vide *Hernia*.

**RANA & RANULA**, vide *Hypoglossum*.

**RAPHE**, vide *Sutura*.

**RAREFACIENTIA**, sunt remedia, quae moderato calore, vapores humoresque difflando, poros partium majores faciunt. Gr. ἀρρατίη.

**RARUM** dicitur in physicis corpus poris majoribus praeditum, in quibus multum materiae alienae hærere potest. Sic aer rarus est quando maxima copia primi elementi in eo hæret. Spongia rara est, quia multum aquæ imbibere apta est. *Rarefactio* est pororum in corporibus ampliatio. Dicitur in specie de sanguine, quando multum materiae subtilis cum ipso commiscetur, ex quo expanditur ejusdem quantitas.

**RASCETA vel RASSETTA**, idem quod *Carpus*.

**RASPATORIUM**, seu *Scalprum Risorium*, est instrumentum chirurgicum ossibus cariosis & squamosis abradendis, confectum. Græc. ξυστή vocant.

**RAUCEDO**, idem quod *Bronchus*.

**REALGAR** dicitur arsenicum vel fumus arsenicalis.

**RECIDIVUS MORBUS** est, quando materia à priore morbo relicta, denuo recrudescit.

**RECEPTA**, *Receptum* est vocabulum barbarum, denotat formulam remedii, quam Medicus in schedula ut plurimum consignat. Germ. ein Recept.

**RECIPIENS** dicitur in specie vas sive terreum sive vitreum diversæ magnitudinis, quod in destillatione omni

omni liquorem prolectum excipit. Germ. eine Vora  
lage.

**RECTIFICATIO**, est repetita liquorum destillatio,  
ad eos magis purificandos & exaltandos.

**REDUCTIO** dicitur de metallis, quando varia ex iis  
præparata in pristinum corpus reducuntur. v. g. cal-  
cis auri in aurum. Dicitur etiam quandoque de sac-  
libus.

**REDUVIA** est levis quædam cuticulae ad ungui-  
um tadices fissura.

**REFRIGERATORIUM**, est vas ligneum, aqua  
plenum, cui fistula recta vel spiralis ex stano vel  
plumbō inest, qua aqua destillata, refrigerandi gratia,  
perfluit. Germ. ein Kühlfaß.

**REGENERATIO** vide pañagenesia.

**REGIMEN** denotat in medicina ordinationem, tum  
in diæta, qualis nemp̄. vel in hoc illove morbo, vel  
ab assumtis medicamentis adhiberi debeat; tum in a-  
liis rebus, e. g. regimen ignis est ordinatio graduum  
ignis in destillationibns.

**REGULUS** Chimicis significat partem metallicam  
ex aliis corporibus mineralibus præsertim antimonio  
per ignem fusionis collectam. Invenitur in fundo  
vel crucibuli, in quo fusio instituta est, vel coni fu-  
forii, in quem materia fusa effundi solet. Est vel sim-  
plex vel compositus. Ille est, qui ex solo antimo-  
nio beneficio salutum potissimum paratur; hic verò,  
qui ex aliis metallis antimonio additis emergit. Hinc  
reg.  $\text{Hg}$ is,  $\text{Zn}$ alis &c.

**REITERATIO** dicitur de medicamentis, quando jux-  
ta eadem formulam iterum atque iterum præparan-  
tur.

**REGIUS MORBUS**, vide *Iderius*.

**RELAXANTIA**, vide *Chalafitsa*.

**RELAXATIO**, est partium, vasorumve p. n. dilata-  
tio.

**REMINISCENTIA** est perceptio, qua rerum antea

perceptarum ideæ, menti sensatione, vel alia perceptione impressæ, per eārum vestigia vel imagines cerebro impressas, vel voces aut alia eārum signa oblatæ, animæ mediantibus spiritibus animalibus, in sensorio communi, rursus offeruntur. Vel, reminiscencia est arbitraria rerum cerebro ante impressarum, ad suos usus depromptio.

REMISSIO FEBRIUM, est effervescentis supra modum sanguinis defervescentia, sive cessatio, quæ in febribus intermittentibus absoluta est, in continuis verò partialis.

RENES Græcis *μηροί*. bini sunt in abdomen, sub hepate & liene situm habent; dexter in homine inferior quam sinister est: Constant maxima ex parte ex canaliculis exiguis, qui à glandulis circa arteriarum extremitates ad jacentibus oriuntur & serum ex illis suscipiunt, quod exinde ad carunculas papillares, pelvim. & ureteres foras deducitur per vesicam. Germ. die Nieren.

RENES SUCCENTURIATI, vide *Capsula Atrabilaria*.

REPELLENTIA sunt, quæ sua frigiditate, vel astrin-genti vi, fervorem & affluxum humorum reprimendo ac poros & meatus partium claudendo, intumescen-tiam partis imminuant, & allabentes humores alio pellunt. Graec. *πανεγύσια*. Germ. *zurück & treibende Mittel*.

RES NATURALES sunt tres: Sanitas; Sanitatis cau-sæ; & Sanitatis effecta. Alii septem ennumerant, ut elementa, temperamenta, humores, spiritus, partes, facultates, actiones; sed elementa & temperamenta pertinent ad Physicam; humores, spiritus & partes, sanitatis causis annumerantur, quae constant ex bona temperie & apta conformatione; facultates & actiones, sub sanitatis effectis constituuntur.

RES NON NATURALES sunt sex: Aér, Cibus & Potus, Motus & quietes, Somnus & vigilia, Animi pa-thema-

themata, excreta & retenta. Sic appellantur, quia si modum excedant, saepe morbis ansam praebent.

RES PRÆTER NATURAM sunt, Morbus, Morbi causæ, & Symptomata sive morbi effecta.

RESOLVENTIA, sunt medicamenta, quæ particulis suis spirituo sulphureis particulas corpori aut parti impactas, dissipare, sunt apta nata. Germ. *zertheis* lende Mittel.

RESPIRATIO est thoracis altera dilatatio, & contratio, qua aëris nitrosis per asperam arteriam ejusque partes Vesiculares accensionis gratiâ modo impellitur, modo ex iisdem, una cum vaporosis effluviis ejicitur. Causa respirationis in thoracis dilatatione, & contractione, quæ per musculos certos perficitur, consistit, cujus motum aëris sequitur ingrediendo pulmones & egrediendo. Germ. *das Uthens-holen*.

RESUSCITATIO denotat modo *Palingenesiam*, modo *Reductionem*, quæ vide.

RETE MIRABILE, sic dicitur ob mirabilem structuram, constat ex plurimis arteriolis, subjicitur cerebri basi & glandulam pituitariam in ambitu suo complectitur, à lateribus osis sphenoidis: Usus est, ut sanguinis serositates suas in glandulam pituitariam deponat, ut spiritus eò puriores fiant: fecundā, ne sanguis subito nimis ad cerebrum ruendo pneumatofin aliquo modo suppressat. In homine & equo, qui generosos affectus edunt, non ita invenitur.

RETENTA sunt ea, quæ secundam naturam, tanquam eidem familiaria in corpore detineri debent, non vero excerni.

RETICULARIS MUSCULUS est rete illud muscularum, quod vesiculas pulmonum undique cingit easque comprimit ad aërem reddendum in exspiracione. Vid. *Willius pharm. rat. p. II. sect. I.*

RETICULARIS PLEXUS, idem quod *Choroides*.

RETICULUM, idem quod *Omentum*.

**RETIFORMIS PLEXUS**, vide *Plexus Retiformis*.

**RETIFORMIS TUNICA** est quædam interioris substantiæ nervi optici in oculo expansio, quæ se habet ut paries albatus in camera obscura, qui species visibiles, per foramen cameræ atriaræ admissas, excipit, repræsentatque. Vide *amphiblestroides*.

**RETINA TUNICA**, vide *Retiformis & Amphiblestroides*.

**RETORTA** est vas chymicum, ex vitro, lapide, ferrove conflatum, figura rotunda, ad cuius latus rostrum est flexum, retortum, & cavum, quo destillanda ingeruntur & egeruntur. Germ. eine Retorte.

**REVERBERATIO CHIMICA**, est ignitio, qua corpora igne vivo, in furno reverberii, calcinantur.

**REVERBERIUM** est furnus chymicus, qua corpora ignienda vel destillanda calcinantur, ita ut flamma eadem undique ambiat.

**REVULSORIA V. S.** est, qua fanguis in partem aliquam irruens, in contrarium, per venam, in parte satis remota & opposita incisam avertitur.

**RHACHITIS**, est medulla spinalis, quæ suo loco videatur. Item, morbus Anglis frequens, qui est inæqualis nutritio cum partium laxitate, mollitie, debilitate, langvore, ignavia, torpore, capite justo majore, infra caput macie, protuberantiis circa articulos, incurvatione ossium, angustia pectoris, tumida abdominalis impletione, Hypochondriorum tonsione, tarsi &c. nonen ab Anglis inditum est *the Rickets*: sed quia in medulla spinali quandoque causa latet, haud incongruè à CL. Glissonio Rachitidis nomine indigitatur.

**RHAGADES**, Latinis scissuræ, fissuræ, rimæ, quæ ut in aliis corporis partibus accidunt, manibus, pedibus, labris, ita etiam in uteri ostio, ano, seu recti intestini extremitate, ac insphinctere seu musculo anum claudente accidere possunt. Suntque rhagades seu scissuræ, ani oblonga quædam in eo ulcuseula fine

sine tumore iis similia, quæ interdum in manibus à magno frigore excitantur. Alia superficialia faltem, alia profundiora: alia sine durtie & callo, alia calciosa latera habentia: alia humida & faniem fundentia, alia sicca & cancerosa. A *ρηγμι*, rimo.

RHAGOIDES idem Græcis notat, quod Latinis *Uera* oculi tunica.

RHAPHE *ῥάφη* sutura, vid. infra.

RHEGMA, est partis alicuius ruptio: ut osis, peritonæi, oculi &c. A *ῥήγμα* rumpo.

RHEUMA, est p. n. humoris è capite in subjectas partes fluxio, ut in coryza contingit. A *ῥέω* fluo. Germ. Flüssse.

RHEUMATISMUS, est dolor vagus, ubique ferè apparens in corpore, sæpe febriculam, tumorem, phlogosin &c. comitem habent. A *ῥέω* fluo. Unde Rheumatici dicti.

RHEXIS, idem quod *Rhegma*.

RHENENCHYTES, est siphunculus, quo medicamenta naribus immittuntur. Ex *ῥηνός* nāsus, & *ἰγκών* injicio. Germ. eine Nasen-Sprühe.

RHIZOTOMOS idem quod radicifeca. Dicitur etiam de medicamentis, quæ morbum aliquem indicitus evellunt ac tollunt.

RHODINUM, est acetum rosaceum, aut aliud quid, ex rosis paratum. A *ῥοδός* rosa.

RHOEAS est affectus oculorum, consistens in carunculae lachrymalis imminutione in oculi majori angulo.

RHOMBOIDES, est par muscotorum, initium habens à tribus inferioribus vertebrarum colli, totidemque superioribus vertebrarum dorsi spinosis processibus: mox obliquè descendens, principio, fineque carnosò, ad scapulae basin fertur; quam retrosum, sed & obliquè sursum agit. Ex *ῥόμπῳ* figura quadrata, & *ῥόμπῳ* forma.

RHYPTI-

**RHYPTICA** sunt medicamenta detergēntia & sordes ablūentia. A ἐύτω sordes ablūo.

**RHYTHMUS**, est certa, pulsuum, temporum, vitæ, ætatum, &c. proportio. A ἐυθεῖσα ad numeros aptos refero.

**RYTHIDOSIS** est corrugatio alicujus partis. A ἐνδιομαι in rugas contraho.

**RIGOR**, est muscularum totum corpus ambientium ut & cutis vibratio & concussio, cum refrigeratione conjuncta. Gr. ἔγχος. A ἕρξις horreo.

**RIMA PUDENDI** sive *fissura magna* dicitur: quia ab ossium pubis inferiore parte ad anum usque fere pertinet; ita ut inter illam & anum spatiū, quod perinæum sive interforamineum appellatur, vix pollicis transversi latitudinem excedat. Hæc repetito coitu dilatatur. Usus est, canalis modo penem tanquam in fossam dirigere, urinæ alisque corporis excrementis exitum præbere, & fetus exclusioni inservire.

**RISUS SARDONIUS** est spasmus utriusque maxillæ.

**ROB**, vide *Apochylisma*.

**RÖBORANTIA** vid. Confortantia.

**ROBUB**, Idem quod *Apochylisma*.

**RONCHUS** ῥόγχος. Lat. stertor est sonus cum stritu, vel stridore in faucibus, qualis profundè dormientibus item apoplectiis accidere solet.

**RORIFERUS DUCTUS**, idem quod *Ductus Chyliferus*.

**ROS** antiquis dicebatur, cum prima humiditas ab extremitatibus vasorum excidit, & in membrorum substantiam dispersa est. Ros inquit Galen. 7. method. 6. tertia humiditatis species, unde partes corporis nostri nutriuntur, quæ continetur in omnibus animalis partibus, cœu ros quidam per earum substantiam sparsus: Hæc est antiquorum opinio.

**ROSA**, idem quod *Erysipelas*.

Ros-

ROSTRIFORMIS PROCESSUS, vide *Coracoides*.

ROTATOR MAJOR & *Minor*, sunt duo Apophyses in superiore parte ossis femoris Trochanteres dicti, in quibus plurimum tendines terminantur.

ROTULA, idem quod *Mola genu*.

ROTULÆ, vide *Tabelle*.

RUBEFACIENTIA, vid. *phenigmi*.

RUBRICA quid sit, vide in *Impetagine*.

RUCTATIO est motus ventriculi depravatus, ab effervescentia p. n. concitata, quo vapores & flatus per os expelluntur. Estque vel acidus, nidorosus, vel fætidus. Ructus *Celso*. Græcis ἡρόγυμος, ἡρυγά, ἡρυγμός.

RUCTUS, vide *Bombus* & *Ructatio*.

RUDICULA dicitur lignum, quo medicamenta liquida miscentur & agitantur.

RUGITUS est chyli excrementorum in intestinis contentorum, p. n. effervescentia, qua flatus & motus varii in intestinis concitantur & hinc inde per excrementa volvuntur, cum exitus per os & anum facilis denegetur.

RUMINATIO est repetita masticatio alimentorum in certis brutorum speciebus, iis nempe quæ vel plures habent ex ordine ventriculos; ut boves, vel quibus saltem cœcum intestinum grandius est, ut lepus. Ex primo itaque ventriculo in os iterum protruditur cibus & denuo comminutus ad secundum, tertium & quartum ventriculum allegatur.

RUPTIO, vide *Rhegma*.

RUPTORIUM Chirurgis notat causticum rumpendis abscessibus aptum, ut pinguedo leporina, lapis corrosivus &c. Geßm. ein ägend Mittel.

RUSMA est species psilothri, quo Turcicæ mulieres pilos tollunt ex variis corporis partibus.

RUTABULUM est uncus, vel baculus ferreus, longus, in altera parte cochleam, in altera radulam habens.

bens. Adhibetur in operationibus chemicis, in specie docimasticis.

**RYAS,** est nimia lachrymarum fluxio præternaturalis.

## S.

**SACCUS,** est intestinum rectum. A *oīrū o-* nero.

**SACculus CHYLIFERUS** sive *Roriferus*, est inferior pars ductus chylifeti, cui omnes venæ lacteæ secundi generis, & plurima vasa lymphata inosculantur.

**SACculus CORDIS,** vide *Pericardium*.

**SACculi MEDICINALES** componuntur ex variis simplicibus, scopo medici convenientibus; eaque si opus fuerit conteruntur; sacculoque, cujus figura, parti affectæ quadrat, excipiuntur, qui sæpè, ne materia in unum locum coacervetur, acu in quibusdam locis intersuitur. Germ. *Kräuter-Säcklein*.

**SAGER IGNIS,** vide *Herpes Exedens*.

**SACER MORBUS,** vide *Epilepsia*.

**SACRUM OS,** Græcis πλατύ ἡ ὄστρον, οὐονόματος τετράς κόκκυξ. Constat ex vertebris inferioribus sex, cui ossa coccygis annexuntur, in abdomine à parte posteriori constituit pelvis.

**SAGITTALIS SUTURA,** vel veruculata. Græcis σπειρία. Est illa quæ à coronali incipit, & in Lambdoidem definit.

**SAL** quid proprie notet, notissimum. In Chemicis notat principium quoddam corporum constitutivum, talia nempe corpuscula, quæ figuram angulosam variam natæ sunt, & proinde incidendi, penetrandi vi primò pollent, saporum etiam causa existunt. Communiter triplex statuitur *Acidus*, *siccus* seu lixiviosus & *medius*, seu *salsus*, de quibus singulis suo loco. Ratione accidentium variè etiam distinguitur. Sic alius volatilis vocatur, alius fixus: Ratione materiæ alius Vegetabilis, alius animalis, alius mineralis,

neralis, prout ex mixto quodam eruitur, quod ad unum ex triplici regno refertur.

SALSUM vid. *Enixum sal.*

SALIVA & *Salivum*, quibusdam *Sputum*, Græc. πλυστή & σίλαση, est liquor insipidus, & à glandulis maxillaribus segregatus & in os per ductus peculiares effusus, ut os & oesophagum madefaciat, masticationi ciborum inserviat, eosque in ventriculo aliquomodo digerat & fermentet. Germ. Speichel.

SALIVATIO est sputi vel salivæ per medicamenta salivantia evacuatio, ut sunt mercurialia. Quandoque tamen præternaturali ptyalismo sumitur minimum.

SALVATELLA, est vena, quæ à brachii ramis tendit ad digitum.

SANGUIFICATIO, vide *Hematoſis*.

SANGUIS, est, liquor rubicundus, venis arteriis, aliisque partibus contentus, qui constat farragine omnis generis partium alimentiarum, quæ papillas intestinorum possunt ingredi, estque nutritionis & vivificationis materia, magnumque corporis stabilitamentum. Detexit Microscopium sanguinem ex globulis constare; & febribilem ex vermiculis. Vocatur etiam *cruor*, anima Virgilio. φυχή Aristoph. aqua, iug Poet. Germ. das Blut.

SANGVISUGA idem quod Hirudo. Germ. Bluts Igel.

SANIES, est pus cruentum & crassum. Germ. Blutiger Eiter.

SANITAS, vide *Hygieia*.

SAPA, vide *Apochylisma*.

SAPHÆNA, est vena cruralis, Fortè à Σαφῆ manifestus, quia manifeste demonstrari potest. Germ. die Mutter-Uder.

SAPHATUM, est exulceratio crustosa in capite, non absimilis Achori. vide *Achor*.

SAPONEA est linctus ex amygdalis confectus.

SAPOR,

**SAPOR**, vide *Gustus*, Helmontio etiam & Tacchonio denotat particulas salinas subtilissimas in corpore hinc inde à posteriori observabiles. Unde inter causas morbificas ab ipsis saepissime refertur *sapor siccus* qui archeum turbat.

**SARCOCELE**, est Hernia carnosa testiculorum. Ex ῥάξ caro; & κύλη tumor. Germ. ein fleischichter Bruch.

**SARCOMA**, est carnis excrescentia. Item molatum in utero productio. A σάρξ caro; & καρπός porto, affero. Germ. ein fleischicht Gewächs.

**SARCOMPHALUM**, est carnosa in umbilico excrescentia. Ex σάρξ caro; & ὄμφαλος umbilicus.

**SARCOPHAGUM**, idem quod *Catharticum*.

**SARCOSIS**, vide *Sarcoma*.

**SARCOTICA** sive carnem generantia sunt, quae moderato calore & vi deterioria, sordes è vulneribus & ulceribus tollendo, partiumque temperiem conservando efficiunt, ut alimentum in partem solutam commodè impellatur. A σάρξ incarno.

**SARE**, idem quod *Effere*.

**SATYRIASIS**, sive *tentigo veneris*, *Priapismus*, *Pomphilius*, *Suidæ τύπος τῆς αἰδούς Περιπτωμός*, *Σατυρίας συνεπημός*. Estque immoderata Veneris appetentia & penis palpitatio; sive erectio penis, quae iterum post coitum evanescit. Item, morbus *Elephantiasis* dictus in quo ægri Satyrorum effigiem acquirunt. Item, glandularum augmentum pone aures, ita ut aures erigantur. A Σατυρῷ homo sylvestris, qui admodum venerem appetit. Vélo à σάρξ membrum virile.

**SATYRIASMUS**, vide *Satyriasis*.

**SCABIES**, Græcis ψῆξ, est vel humida vel sicca: Humida est cutis inæqualitas cum pustulis humidis & purulentis cum prurigine quadam conjuncta: Sicca est quadruplex, Pruritus, Impetigo, Psora & Lepra; de quibus suo loco.

**SCALENUM**, est par musculorum cervicem extendi-

dentium; oritur à primâ thoracis costa vertebrarumque cervicalium processibus transversis anteriori tamen parte fibris obliquis adhærentes in ipsis finem suam consequuntur. Perforati sunt ut Nervis cervicalibus ad brachium tendentibus, venis & arteriis viam præbeant.

**SCALPELLUM UMBILICARIUM**, ὄμφαλιστήρ Poll. quo obstetrix præcidit infantium umbilicos.

**SCALPRUM CHIRURGICUM**. Celsi. *Scalpellus* eid. *Phlebotomum* Isidor. φλεβότομος, μάχαιρα. Ammonio, Μαχαιρίς ἀνθεύλης Hippocr. Galenus φλεβότομος vocat. Idem μαχαιρίδη σφυρεῖδη nominat, quod Σφυρίδης γαπτονόδης Galenus; nimirum cuius medius alitus latior sit & ventrosior. Vide *Lanceetta*.

**SCALPRUM RASORIUM**, idem quod *Rasporium*.

**SCAMNUM HIPPOCRATIS** est instrumentum longitudine sex ulnarum seu cubitorum, membris luxatis & fractis restituendis, accomodatum.

**SCAPHA**, dicitur ambitus autis interior, exteriori oppositus.

**SCAPHOIDES**, est tertium os tarsi in pede, Naviculare, dictum. A Scaphæ seu cymbæ similitudine connectitur cum talo, & tribus ossibus posterioribus.

**SCAPULA**, vide *Homopla*.

**SCARIFICATIO**, est incisio cutis scalpello vel phlebotomo: quæ fit cum, vel sine cucurbitulis; sine cucurbitulis fit in membris & partibus gangræna corruptis, ne sc. separatio procrastinetur. Cum cucurbitulis autem fit, ut extrahatur sanguis. Græc. Εγκεφάλις, καραχασμὸς, Απόσπαψις Hippocr. Αποχασμὸς Germ. das Schröpfen.

**SCELETUM**, est ossium totius corporis atida compages, arte anatomica sibi invicem conjuncta. ΑΞΙΣ arefacio.. Germ. ein Gerippe.

**SCELOTYBRE**, est cruris perturbatio, nunc ad hanc, nunc ad illam partem inclinans, ex scorbuto proveniens. Ex Σκίλος crus, & τύφη tumultus. Unde

aqua scelotyrbitis, quæ adversus scorbutum usurpatur.

**SCHESIS**, est corporis dispositio: unde schetica febris, quæ in dispositione est, non in habitu. Αχετική dispono, effingo.

**SCHETICA FEBRIS** opponitur Hecticæ; schetica quippe in sanguine ita radices egit, ut facile curam admittat; Hectica verò in ipsa ίξε five partibus solidis ita altius radicata est, ut non nisi difficulter medicamentis curetur.

**SCHISMA**, est scissura in dura vel molli parte. Αχίσμα findo.

**SCHIATICA**, vide *Artbritis*.

**SCIRRHOSIS**, idem quod *Scirrhos*.

**SCIRRHUS**, & Scirroma, est tumor p. n. durus, lividus, renitens, & doloris expers. Ασπρός induro. Germ. ein verhärteter Geschwulst.

**SCLERIASIS**, est alicujus partis induratio. Ασκληπίου induro.

**SCLEROMA**, idem quod *Scleriasis*.

**SCLEROPHTAHLMIA**, est Lippitudo dura, cum dolore, motu oculorum tardo, rubidine & siccitate. Ασκληπίου durus, & ὀφθαλμία dolor oculorum.

**SCLEROTIBA**, vide *Cornæa*. Ασκληπίου induro.

**SCLEROTICA**, five indurantia sunt, quæ partes firmius inter se conjungunt: idque vel tenues & molles dissipando, vel eas interdum retinendo. Illud fit, ubi per nimis calefacientia scirrhus induratur; hoc, ubi, per semper vivum, solanum, portulacam, vel lentem palustrem, aliave refrigerantia & astringentia, pars e. gr. œdematosæ duritiæ acquirit. Ideoque horum materia, in calefacientibus, & refrigerantibus, ac astringentibus, est quærenda, à σκληρίᾳ induro. Germ. verhärtende Mittel.

**SCLERUNTICA**, idem quod supra. Ασκληπίου induro.

SCOL-

SCOLIOSIS, est spinæ dorsi, in hoc aut illud latus distortio. A σκλισίᾳ intorqueo.

SCOLOPOMACHÆRION, est cultellus chirurgicus, quo vulnera thoracis angusta dilatantur; magnis item tumoribus aperiendis suumopere convenit; abdominis item aperturæ maximè utilis. Ex σκολόπαξ gallinago, & μάχαιρα culter.

SCORBUTUS est intemperies Belgis mare accolentibus, ut & aliis populis meridionalibus endemia, qua manus, pedesque, maculis sœpe lividis conspurcantur, accedit item crurum debilitas, oris fætor, dentes vacillantes, sanguinem manantes gingivæ, spasimi, dolores arthritidesque vagæ, colica & sexcenta alia. Estque vel *salino sulphureus*, vel *sulphureo salinus*; Item vel *in sanguine*, vel in nervoso succo, vel in utrisque simul, quod symptomatibus indicatur. Antiquitati hunc inorbum non fuisse incognitum, liquet ex Hippocrate. Germ. der Scharböck.

SCORIA denotat recrementa vel fordes metallicas, quæ in deputatione segregantur. Germ. Schläden.

SCRIPTULUS, vide *Scrupulus*.

SCOTOMA, idem quod *Scotomia*.

SCOTOMIA, Vertigo, διεγένεται, ἔλιγξ, ἔλιγγος, σκότωμα, σκοτωματωνά πάθος Αegin. σκοτοδίος Hippocrates, σκοτοδοῖς Platoni, est spirituum animalium circumgyratio, ita ut, objecta externa videantur circumrotari. A σκοτώσιος obscuro. Germ. der Schwindel.

SCORBICULUS CORDIS, idem quod *Anticardium*.

SCROPHULA, seu *Struma*. Chæres. χοιριδες quia porcas infestare solent. Sunt glandulæ p. n. & adventitiæ, sive tumores p. n. glandularum colli vel auriculum renitentes, propria tunica contenti. Germ. Kröpfe.

SCROTUM Græcis ὄχεος, τούρης, πουέν Nicand. scrotum & πουέν θυρράλω invenio apud Erotianum fortasse rectius πουέν. Est sacculus, quo testiculi viriles continentur, constans ex cute, panniculo carno-

so, tunica Erythrōide, & Elythroide: in medio lineam habent secundum longitudinem, dextram à sinistra parte dividens: ad faciliorem extensionem & corrugationem pinguedine caret.

**SCRUTUM CORDIS**, vide *Pericardium*.

**SCRUPULUS**, est tertia pars drachmæ, continet scrupulus grana viginti. Vocatur item scriptulus & scripulus.

**SCUTIFORMEO\$**, idem quod *Mola genu*.

**SCUTIFORMIS** Cartilago, vide *Ensisformis*.

**SCUTUM**, idem quod *Mola genu*. In pharmaceuticis etiam denotat emplastrum parti certæ applicandum, ut cordis, ventriculi, splenis &c. regioni, quod hinc scutum stomachale, cordiale &c. dicitur.

**SCYBALA**, sunt excrementa alvina in globulos, velut ab ovibus aut captis, excreta.

**SCYPHO**, est infundibulum in cerebro: item meatus palato pituitam, ab osse cribiformi adducentes; sic appellatur, quod Scythæ simili vase vinum bibebant.

**SCYROS** ~~εκύρος~~ idem quod ~~πάγος~~ callus.

**SEBUM** vel sevum est substantia animalium pinguis adipe siccior & magis concreta, item, si frigida sit, fragilis evadit, Germ. *Unschlit* / *Talg*.

**SECTIO CÆSARIA**, vide *Hysterotomotomia*.

**SECUNDINÆ** sunt tres membranæ, Chorion, Allantois & Amnion, quæ una cum placenta uterina & Iochiis, ab utero post partum excluduntur. Germ. die *Machgeburt*.

**SEDATIVA** Medicamenta eadem sunt, quæ *Anodyna* vel *pægorica*.

**SEDIMENTUM URINARUM** sunt particulæ à succo nutritio residuæ, una cum sero à sangvine secretæ, quæ præponderante gravitate injuriniis subsidunt.

**SEISIS** concussio dicitur vel generatim de omni violenta concussione partium corporis; vel in specie de spina dorsali, quando vertebrarum juncturæ & com-

compages dimoventur, vertebræ autem suo loco manent.

**SELLA EQUINA**, seu *Turcica*, componitur interius ex quatuor procesibus ossis Sphenoidis : continet glandulam pituitariam, & rete mirabile in brutis.

**SELLA SPHENOIDIS** vide *Sella equina*.

**SELLA TURCICA**, vide *Sella equina*.

**SEMEIOSIS**, idem quod *Diagnosis*.

**SEMIOTICA**, est pars Medicinæ, sanitatis & morborum signa tradens. A σημείωσις significo.

**SEmen**, masculinum propriæ dictum est humor albus calidus & spirituosus, crassus, viscidus, subsalsus, ex sanguine tenuissimo in testibus & epididymidibus elaboratus, qui ad generationem novi fœtus cum fœminino seu ovulis conjungi debet, ut hæc inde fœudentur. Impropiæ autem dictum in masculorum semen est humor prostatarum viscosus, qui reliquo femini in ejaculatione commiscetur. *Fæminarum* semen propriæ dictum sunt ovula in ovario contenta. Impropiè verò dictum earum semen est liquamen femini virili analogum, quod ex lacunis, prostatæ glandulosæ vaginæ substantiæ infertis, provenit, & non raro in laetivientibus prorumpit ac foris emittitur: facit plurimum ad titillationem, ut concupisibilis esset coitus. Vocatur item genitura *Plin.* semen genitale, urina genitalis. αὐρη, αὐρης, δέρε Αἰστόφ. γυνή, γογός, γογή, *Aretæo*.

**SEMICUPIUM**, idem quod *inseffus*. Est dimidium balneum, cui æger umbilico tenus insidet.

**SEMTERIANA** vid. *Hemitritans*.

**SENSORIUM** est sensus alicuius instrumentum, cui applicantur objecta sensibilia, ut oculus, visus, nares, olfactus &c.

**SENSORIUM COMMUNE**, est illa pars in cerebro, ubi sensuum nervi terminantur, quæ est initium medullæ oblongatæ, non verò glandula pinealis ut quidam ἐγχειριστος anatomicæ imperiti statuerunt. Græc. τὸ πέπτον αἰδητήειον.

SENSUS est receptio, qua motus à corpore aliquo objecto, fibrillis nervorum impressus, sensorio communi, sive initio medullæ oblongatae, medianibus spiritibus animalibus in nervis existentibus communicatur. vide *aistesis*.

SEPARATORIUM est vas separandis ab invicem liquoribus dicatum, potissimum vitreum, orificio ad capacitatem auricularis digiti aperto, cui materia infunditur, & fundo in modum acus acuato angustoque foramine praedito, pro materia rursus emitenda. Dicitur etiam *Vitrum hypolepticum*.

SEPHYROS est inflammatio uteri indurata.

SEPTA, idem quod *Septica*.

SEPTICA sive *Putrefacientia* sunt, quæ calore & acrimoniâ malignâ carnem tenuem colliquant, putrefaciunt, & corrumunt. A *σήπα* putrefacio.

SEPTUM LUCIDUM, est sepimentum, propter tenuitatem diaphanum, cerebri ventriculos distinguens.

SEPTUM TRANSVERSUM, vide *Diaphragma*.

SERPIGO, vide *Lichen*.

SERAPIUM, idem quod *Syrupus*.

SERRA est instrumentum chirurgicum, quo ossa secando auferuntur. Germ. eine Säge.

SERUM, est humor aqueus, tenuis, subflavus, & subsalsus, constans ex plurima aqua mediocri sale & paucō sulphure; usus est, ut sit vehiculum sangvinis seu alimenti; deinde ut sangvinem diluat, ab adustione arceat, & ut commode ad minimas partes alimentum propellatur, aptum iuatum. Apud Hippocratem vocatur ἔχημα τῆς πεφῆς.

SESAMOIDEA OSSA, sunt ossicula 16, 19. 20. & plura aliquando, à figurâ sesami seminis dictis, quæ internodiis manuum & pedum reperiuntur.

SETACEUM, est operatio chirurgica, qua cervix acu compungitur, vulnusque per setas aut ligulam aperatum servatur, ut per id vitiosi humores evancentur.

SEX-

SEXTANS est libræ sexta pars, uncias duas continens.

SEXTARIUS mensuræ Romanæ genus est, quod si melle repleatur, pendet uncias triginta; si oleo, uncias duodecim; si verò aqua repleatur, pendet aquæ uncias viginti. Capiti (ut alii dicunt) mensuræ uncias viginti olei: pondere verò habet uncias sedecim, Drachmas quinque & scrupulum unum. Dicitur sexta pars Congii.

SALISMUS, idem quod *Ptyalismus*.

SIALOCHUS, idem quod *Ptyalismus*.

SIALON, seu *Sialos*, idem quod *Saltiva*.

SIDERATIO, idem quod *Sphacelus*.

SIEF ALBUM, est Collyrium siccum; vide *Collyrium*.

SIGILLUM HERMETICUM dicitur, quando osculum vitri beneficio ignis liquatum occluditur. Quamvis alii massam aliquam ex succino albo, vitro Venerio, borrace, æqualibus portionibus ad hanc obturationem adhibeant.

SIGMOIDES, sunt Apophyses ossium semilunares; ut processus Ankyroides scapulæ, & sinus ossis radii, Græcorum antiquorum C. referentes. Item, valvulae tres arteriæ magnæ, circa cor foris spectantes, ut sanguinis recursus inhibeatur. A litera C. seu sigma &  $\text{Δ}$  forma.

SIGNATURA dicitur de plantis eorumque figura externa, qua vel membrum affectum, vel causam morbificam referunt, & exinde singulari virtute in morbis curandis valere putantur. Sed vana & superstiosa est hæc sententia.

SIGNUM MORBI est quicquid sensibus nostris obviu[m], vel morbum, vel aliquid ad ipsum pertinens, potest indicare, qua re id, quod ad curationem necessariam pertinet, indicatur, Signum est vel morbi vel causæ vel Symptomatis: signum est proprium vel commune: proprium separabile; proprium inseparabile;

rabile; proprium inseparabile; sive Pathognomonicum; Synedreuan; Epiphainomenon; Bonum; Malum; Certum; Incertum; Salutare; Lethale &c. *Signa sanitatis* sunt, actiones integræ, qualitates convenientes, excreta & retenta bene convenientia. Germ. *Zeichen der Krankheit.*

**SILIQUA**, Græcis *σιλίγης*, est dimidium lupini, & siliquæ sex pendent scrupulum. Semen autem in siliqua contentum, non tota siliqua intelligitur: & id mediocre, non enorme & habitus; neque strigosum & emaciatum, qualia hordei aut tritici grana usurpamus, quæ hodie minimum pondus faciunt, velut olim grana leutis. *Siliqua*, est etiam folliculus, sive integumentum, cui grana leguminum includuntur.

**SIMILARES PARTES** sunt, quæ sibi ubique per totum similes sunt, ut os, cartilago, ligamentum, membrana, tendo, fibra, vena, arteria, cutis, caro, adeps, pili, unguis &c. Notandum tamen, illas partes non adeo esse similares, quam creditum vulgo fuit, Venæ enim & arteriae in variis tunicas sibi dissimiles dividi possunt: Cutis item ex variis fibrillis, vasculis & glandulis constat, & sic de cæteris.

**SIMPLICIA** sunt medicamenta singularia & non composita, ut sunt radices herbæ, semina, flores gummi, succi, partes animalium &c.

**SINAPISMUS**, est medicamentum capiti conveniens ex *Sinapi*, *Raphano* silv. sale & Fermento acido param. A Σίνη finapi semen.

**SINCIPUT**, ipsius capitis partes laterales dicuntur. Græc. *βρέγυμα* & *βρεγύμας*.

**SINGULTUS**, idem quod *Lygmus*.

**SINUS**, est cum abscessus & ulceris initium satis angustum apparet, profunditas vero se in latitudinem diffundit. Græcis *κόλπος τάνακας ἄλκος* Diosc.

**SINUS MENINGIS**, sunt cavitates, quas Galenus ventriculos crassæ membranæ vocat: primus & secundus sive laterales inter cerebrum & cerebellum situm

situm habent, & desinunt in sinibus vertebralibus; tertius ab osse cribiformi incipit & in medio priorum sinuum finem consequitur; quartus à glandula pineali oritur & in medio lateralium sinuum desinit: quorum insertio vocatur *Torcular Herophili*. Cranio egressi partim venis jugularibus continuantur, partim per totam medullæ spinalis partem ad os sacrum usque descendunt. Usus venarum vicem agere, nam omnem sanguinem à cerebro & cerebello accipiunt & partim in venas jugulares, partim in sinus vertebrales se exonerant.

**SINUS OSSIUM** sunt cavitates, quæ capita aliorum ossium admittunt.

**SIRIASIS**, est cerebri & meningum, ab ardore solaris inflammatio seu (rectius) incalescentia; pueris propter tenuitatem cranii frequens. A *spes* cavitas sincipitis.

**SIRONES** sunt pustulæ, quæ in vola manus & pedum plantis oriuntur, in quibus minutissimum quadam vermiculorum seu pediculorum genus sub cuticula latet.

**SIRUPUS** vid. *Syrupus*.

**SITIS** est defectus humoris (salivæ nempe) ad irrationem partium internarum, necessarii; quo phantasia sibi potum imaginatur in auxilium. Sitis etiam est vel naturalis, quæ homini sano obtingit, vel præternaturalis & nonnunquam depravata, quæ ægris. Græcis *δίψας*. Germ. *Durst*.

**SODA** est affectus ventriculi, quod acrimonia acida, humido copioso conjuncta, fibras ejus irritando ardoris sensum, in ipso & gula, producit. Curatur promte terreis alcalinis ut creta &c. Germ. *der Sod*. Dicitur etiam *Ardor ventriculi*.

**SOLEN** est instrumentum Chirurgicum oblongum, intus cavum, in quod membrum fractum, crus aut femur, imponitur & continetur.

**SOLIDÆ PARTES**, quæ Hipp. vocantur *ἴσοις μέρεσι*.

*eis* continentes partes, sunt, illæ, quæ propria circumscriptione gaudent & reliquas, humidas & spirituosas, intra se continent.

**SOLUTIO CHIMICA**, est operatio, qua corpus naturale mistum in quinque sua principia, Spiritum nempe, Salem, Sulphur, aquam & terram, ex quibus omnia mixta conflata sunt, recluditur.

**SOLUTIO CONTINUI** est, quæ partium cohærentiam & unitatem dissolvit: ut in vulneribus, ulceribus, fracturis &c.

**SOLUTIO MORBI** vid. *Lysis*.

**SOLUTIVUS** idem quod *Laxativus*.

**SOPHRONESTERES** dentes sapientiæ, vide *Dentes*.

**SOMNAMBULO**, vide *Noctambulo*.

**SOMNIFERA** sunt, quæ sulphureis suis fætidis particulis, (ex sulphure nempe & sale fixo constantibus) spiritus animales profligunt, extingvunt & eorum generationem aliquo modo impediunt, unde quies eorum & somnus concitatatur.

**SOMNUS**, est pororum cerebri & nervorum subsidentia & angustatio, à quiete spirituum animalium orta, qua sensus externi ab operationibus externis deficiunt. Somnus est naturalis vel præternaturalis, vocatur item *Sopor* & *quies*. Græc. ὑπνός. Germ. der *Schlaff*.

**SOMNOLENTIA** continua, est asidua in somnum procidentia & inclinatio; oritur, quod pori extremi corticalis substantiæ cerebri viscositate quadam obliterantur & clauduntur, ita ut liber transitus & generatio spiritibus animalibus denegetur.

**SPAGIRICA MEDICINA**, idem quod *Hermetica*.

**SPARADRAP**, sive *Sparadrapum*, est linteum utrinque unguento spisso vel emplastro tintum, & hoc modo fit; post liquationem unguentorum vel emplastrorum, linteum penitus immergitur, quod tintum extrahitur, extenditur & in usum medicum asservatur.

**SORA**,

SORA, idem quod *Efferre*.

SPARGANUM, vide Fascia. A *σπαργάνω* fasciis ligo.

SPARCANOSIS, est mammarum, à nimia copia latetis, distensio. A *σπαργάνω* fasciis distendo.

SPASMA, idem quod *Spasmus*.

SPASMODICA, sunt medicamenta spasnum pellentia. Germ. Mittel wieder den Krampf.

SPASMOLOGIA, est de contractione nervorum & tendinum enarratio. Ex *σπασμός* contractio, & λέγεται enarro.

SPASMUS, & *Spasma*, ut cum *Dottiss. Willisio* loquamur, denotat quemlibet motum convulsivum in genere: nam *Cardanus* affectus convulsivos dividit duplice, in Tetanum & spasnum; per illum contractionem constantem, qua membrum rigidum & inflexible evadat; per hunc verò motus celeres & concussores; quae interjecta quiete, alternatim cessent redeantque, intelligit. A *σπάσω* contraho. Germ. der Krampf.

SPATHA, est instrumentum oblongum, ex argento, chalybe aut ligno confectum: inferius latum, quo electuaria vel conservæ, absque manuum inquinatione commodè tractantur, Chirurgis & Pharmacopæis, familiare.

SPATHOMELA, sive specillum latum, est instrumentum oblongum ex argento vel ferro confectum, quo Chirurgi & Pharmacopæi utuntur. Dicitur & spatha. Ex *σπάθη* spatha, & *μέλα* specillum. Germ. ein Spatel.

SPECIES, seu *Pulvis*, dicuntur in officinis simplicia (ingredientia) pro compositis conficiendis coordinata. Sic dicuntur species theriacæ, i. e. ex quibus theriaca compilatur: sic sunt & species decoctorum usualium. Præ reliquis tamen hoc nomen sibi vendicant pulveres nonnulli, tum aromatici, tum cathartici. Forsan quia ordinati fuerint olim, ut inde conficeren-

rentur electuaria, morsuli vel rotulæ. Sic sunt species aromaticæ rosæ. Species Diacurbitb. cum rhabarbaro, &c.

SPECIFICA MEDICAMENTA Medicis vocantur tum quæ uni certæ parti seu membro seorsim dicata esse putantur, ut ejusdem morbis resistant, & ab his præmuniunt, idque ob singularem & occultam cum iis convenientiam: tum quæ certo cuidam morbo ejusque potissimum causæ è diametro quæsi opponuntur, ut nunquam citius ac tutius, quam his remedii tollatur. Prior species omnino non datur, nec per hypotheses physicas dari potest, altera vero licet dari possit, non tamen, nisi per incertam experientiam, cognosci poterit. Communiter etiam specificæ dicuntur, quæ ad morbos certæ partis varios curandos frequentius abhibentur. Hinc hepatica, splenica, nephritica, cephalica & sexcenta alia.

SPECILLUM, est instrumentum chirurgicum, splathamæ longitudine, tenue ex argento, vel chalybe, ab uno extremitate latum, rotundum & nonnihil incurvatum; ab altera vero rotundum nodulum habet, specillis vulnerariis, vulnerum, fistularumque altitudo pertentatur. Videlur esse diminutivum à Specium, quo usus est Pacinus. μῆλη, τελυμαπέντε μῆλο Galeno, ιγενεὶ Hippocrat. A tentando imperitum vulgus tentam vocant. G. ein Sucher.

SPECULUM LUCIDUM, idem quod Septum Lucidum.

SPECULUM OCULI, est Aranea tunica oculi.

SPECULUM ORIS, Matricis &c. vide dilatatorium.

SPERMATICÆ PARTES: sunt venæ & arteriæ, sanguinem è testiculis abducentes & adducentes. Item, vasa seminis excretoria. Item, partes albidae, quæ olim propter albedinem censebantur ex semine duntaxat generari, ut nervis, membrana, os, cartilago &c. omnes enim partes successivè ex semine generantur,

tur, omnibus itaque illud nomen competit. Ex *σπέρμα*  
semen. Germ. Saamen; Gefäße.

SPERMATOCELE, impropriè ita dicitur, quia non se-  
men, sed vas seminis ejaculatorium corrugatum, in  
scrotum delabitur. Ex *σπέρμα* semen, & *χόλη*, tumor.

SPERNIOLA est semen ranarum.

SPHACELODES, est sphacelo similis. Ex Σφακέλος  
Spacelus, & ἀδεια forma.

SPHACELUS, est Sideratio, sive sensus & vivifica-  
tionis in quaunque parte extincio. A σφάτλω in-  
terficio. Græc. σφακέλος σφακελισμός, πίπεια τέχνησις.

SPHAGE jugulum σφαγή.

SPHAGITIDES, sunt venæ jugulares in collo. A  
Σφαγίζειν jugulo, macto.

SPHENOIDES, vide *Sphenoides*.

SPHENOIS sive *Sphenoides*, vide *Cuneiforme os*.

SPHENOPHARYNGÆUS, est pars muscularum, à si-  
nu alæ internæ ossis cuneiformis ortum ducens, at-  
que obliquè deorsum inclinans, in œsophagi latera  
extenditur; gulam dilatat. Ex σφίνξ cuneus; & φά-  
γυς œsophagi caput sive fauces.

SPHINCTER, est musculus constrictor œsophagi,  
ani, vesicæ &c. A σφίγγω constringo.

SPHYGMICA, est pars Hygieinæ, agens de pulsis.  
A σφύξω pulso.

SPHYGMUS sive *pulsus*, est motus fermentationis  
& ebullitionis sanguinis à particulis spirituosis & fer-  
mentabilibus concitatus, ut mediante corde, sanguis  
ex arteriis quaqua versum per totum corpus distri-  
buatur, cui accedit fibrarum, arteriam una cum cæ-  
teris partibus componentium, contractio & remissio.  
A σφύξω pulso.

SPINA DORSI, sunt vertebrarum prominentiæ po-  
steriores. Græcis φάγη, κλοις Antimacho, ἄκης E-  
tymol. Germ. der Rückgrad.

SPINA VENTOSA, exulceratio, qua ossa, ab humo-  
re maligno, sine ullo periosteal dolore, corrumpun-  
tur,

**SPLENIA**, *Plumaceoli*, seu *Plagula*, componuntur ex  
linteo ter, quater & quinques duplicato, ita ut *Splenis*  
crasitie quadrent, quæ vulneribus, ulceribus & fra-  
cturis imponuntur. Sic à figura & crasitie lienis di-  
cta, plumaceola antiquis, quia vulgo ex pluma inter  
duos pannos consuta constabant, à *splenis* figura,  
*splenia* dicuntur. Item pulvilli, quod pulvinaris for-  
mam referant. Differunt ratione figuræ, longitudi-  
nis, latitudinis & crassitiei. Figura triplex est, pro  
positionis sc. corundem modo. Quidam enim parti  
secundum longitudinem rectè, quidam oblique, qui-  
dam verò transverse imponuntur, & quidem nunc  
duplices, nunc triplices, nunc quadruplices, nunc  
singuli, nunc plures; pro usu parti affectæ debito.  
Ad deligationem firmandam, membra crasitudine in-  
æqualia, aut partes graciles & concavas æquandas &  
explendas, ut tota deligatio æqualis evadat; partes  
item à fasciarum & vinculorum onere defendandas, &  
saniem ichoresque exprimendos & imbibendos, im-  
ponuntur interdum sicca vel liquore aliquo imbuun-  
tut & madefiunt. Germ. *Bäusche*.

**SPLENICA** sunt, quæ validius attenuando, inci-  
dendo, volatilizando, & minus astringendo, intempe-  
riebus & obstructionibus *splenis* corrigendis condu-  
cunt.

**SPLENII MUSCULI** sunt, qui origine gemina, par-  
tim à quinque spinis vertebrarum colli inferiorum,  
partim à totidem apicibus vertebrarum thoracis su-  
periorum prodeunt, atque obliquatis nonnihil fibris  
in occiput inferuntur; caput ad posteriora trahunt.  
Sic à laterum figura nomen inditum est.

**SPLENITIS** idem quod *salvatella*. Nonnunquam  
etiam denotat morbum *splenis* ut hepaticis hepatis.

**SPODIUM**, proprie denotat cinerem à Græco σποδία, & in primis metallicum. Usitatè autem in phar-  
maceuticis denotat ebur calcinatum.

**SPONDYLUS** seu *Vertebra*, *Verticillus*, sunt ossa tri-  
ginta

ginta capiti subjecta, in medio excavata pro transitu medullæ spinalis, variis processibus, pro insertione musculorum, & foraminibus pro vasorum & nervorum transitu prædicta. Septem collo; duodecim dorso, quinque lumbis, & sex ossi sacro tribuuntur. Connectuntur per ginglymum. Gr. Σπόνδυλος, φραγμός ἀσπάγκαλος Hom. κύβος.

**SPONGOIDEA OSSA**, vide *Cribiformia*.

**SPORADICI MORBI** sunt, qui specie differentes, plures homines simul uno tempore, & in una regione infestant: item venarum propagines hinc inde plantantes. A σπέριμῳ sero.

**SPUTUM** est liquor saliva paulo crassior; ab amygdalis inpalatum effusus, vide *Ptyalon*.

**SQUAMMOSA SUTURA**, vide *Lepidoides*.

**SQUINANTHIA** barbarum est vocabulum nonnullis idem denotans quod angina seu apostema colli.

**STAGMA**, sunt latices, qui destillationi exponuntur. A στίγμῃ stillo.

**STALAGMA**, est id, quod à Staginate destillatum est. A στίγμῃ stillo.

**STALTICA**, idem quod *Sarcotica*.

**STAPES**, vide *Incus*.

**STAPHYLE**, idem quod *Cion*.

**STAPHYLEPARTES** σταφυληπάρτες instrumentum dicitur chirurgicum, quo uvula laxior elevatur & attollitur, dicitur etiam στερνλάχης.

**STAPHYLOMA**, est oculi vitium, quando cornea erupta, & tunica uvea ei subjecta, acini instar excidit. A σταφίδῃ uva.

**STASIS** στάση, est restagnatio humorum in vasis aut poris.

**STATUS MORBI**, vide *Acme*.

**STEATOCELE**, est tumor p. n. scroti sebaceus. Ex *stercor* sebum, & *εὐη* tumor.

**STEATOMA** est tumor præternaturalis propria tunica contentus, originem trahens à materia sebo simili,

mili, ejusdem ubique coloris, mollis, ab exiguo principio augmentum paulatim sumens, digitis difficulter cedens, at iis remotis facile ad primam magnitudinem rediens. Ex *siccæ* sebum.

STEGNOSIS, est pororum constrictio & constipatio, A *siccæ* constipo.

STEGNOTICA, idem quod *Adstringentia*.

STERCUS est excrementum crassum, ab alimentis residuum, bile permixtum, & nutritioni inutile, quod per intestinum rectum & anum excernitur. Vocatur item Excrementum alvi, Alvus, Merda, Horat. Σκύρος, κόπωσης διπλάτημα, διπλόσιος, πύρεθος Nicandro, απάλη Aristoph. πάθος, σκύβαλος αφέδιος γαρδες N:candr. απόδιμα, διαχωριμα.

STERILITAS, idem quod *Agonia*.

STERNUM, est os, quod in anteriore thoracis parte costis incumbit & infinternitur, unde *Sternum* dici putant; constat nunc ex tribus, nunc ex quatuor ossibus, in adultis saepe in unum solidum os facescit: inferius ei cartilago ensiformis adhaeret. Germ. das Brust-Bein.

STERNOHYOIDES, est muscularum par ossis hyoidis, quod recto ductu deorsum movet, à supremo sterno exterius profectum, in basin ossis hyoidis ascendit. A *sigmo* pectus, & *viscidæ* os Hyoidis.

STERNOTHYROIDES, est par muscularum cartilaginis scutiformis, eamque deorsum trahens, à superiore atque interna sterni parte profectum, inferiori scutiformis cartilaginis lateri infertitur. Ex *sigmo* pectus; & *hypothyroides* scutiformis.

STERNUTATIO, est valida, materiæ cujusdam acris, nervos unicas vel fibrillas infestantis & pungentis, è capite efflatio. Vel ut alii, est involuntarius motus cerebri, thoracis & muscularum abdominis constrictorius, quo id, quod nares & cerebrum vellit, exturbatur. Germ. das Niesen.

STERNUTATORIUM, *Sternumentum* Cic. Græcis

*stagnatio*, est medicamentum, quod naribus inditum, tunicas cerebri in motus convulsivos concitando, per sternutationem caput expurgat. Germ. Niese-Pulver.

**STIGMA**, est cicatrix, unde cutis deformatur. A *τίγω* pungo. Germ. ein Mahl.

**STILLICIDIUM** idem quod *Stranguria*. Denotat etiam idem quod *Embroche*.

**STOMA**, *OS*, seu cava<sup>t</sup>a, linguâ, dentibus, palato &c. præditum. Item, oscula vasorum dehiscentia dicuntur *Stomata* & *Ora*. G. der Mund.

**STOMACACE** est scorbutus oris, seu denotat symptomata scorbutica in ore & gingivis maximè conspicua, ut oris fœtor, gingivæ cruentæ &c.

**STOMACHUS**, est sinistrum ventriculi orificium, cibis recipiendis destinatum & plurimis nervis ex ramo parisi vagi & intercostalis intertextum. Ex *σύν* os; & *χών* fundo: vel à *σύν* os; & *ἄγχω* coacto. Germ. der Magen-Mund.

**STOCHASTICOS** conjecturalis. *συχνούς* conjectura dicitur de medica arte, quatenus ipsa ex certis morborum signis alia subsecutura mala hariolatur & ominatur.

**STOMATICA** dicuntur medicamenta, quæ oris affectibus medentur.

**STOMOMA** est ferrum depuratum seu chalybs.

**STRABILISMUS**, idem quod *Strabismus*.

**STRABISMUS**, est visus depravatio, qua gemina unius rei perceptio exhibetur; Oritur à relaxatione, contractione, distorsione, nimia longitudine aut brevitate muscularum, oculos moventium, unde oculi non satis acutè in punctum visibile diriguntur. A *σφεβίζω* sum oculis distortis. Germ. das Schielen.

**STRABOSITAS**, idem quod *Strabismus*.

**STRANGURIA**, est mingendi difficultas, qua urina guttatim redditur. Ex *σπειρέ* gutta, & *σπειρό* urina. Latinis stillicidum urinæ, substillum. *σπειρυγεια* Plat. *ὑπερσπειρόν τὸ ἄριτον*. Germ. die kalte Pisse.

STRA-

STRATIFICATIO, est corrosio per pulveres corrosivos; Fit cum crucibulum, metallo laminato, & pulveribus corrosivis replentur, faciendo S. S. seu stratum super stratum hoc est ponendo aliquid de pulvere corrosivo in crucibulum, & huic supersternendo tenuem laminam corporis metallici, & sic pergendo, donec vas referciatur, postea pomuntur carbones per circuitum, vel datur ignis reverberii paulatim augendo, ut res postulat.

STRIA in Chimicis denotat lincam, quam spiritus destillati descensu suo per latera vasorum vitreorum efficiant. Hinc spir. striati.

STROBILE dicitur linamentum intortum aut penicillum turbans in modum implicitum & contortum.

STROPHOS  $\sigma\tau\phi\theta$  vocatur dolor intestinorum terminalis, qualis in passione iliaca & colica observatur.

STRU<sup>M</sup>A, idem quod Scrophula.

STRYPHNA, vide Adstringentia.

STUPREFACIENTIA, idem quod Narcotica.

STUPHA idem quod balneum Laconicum seu sudatorium.

STUPA, vel stuppa est linteum liquori intinctum & parti dolenti admotum. Germ. Werd.

STUPOR, est quando sensus tactus tollitur; ut obstructis nervis in paralyfi.

STYGLÆ AQUÆ sunt liquores corrosivi ut aq. fortis, aq. regia.

STYLOCERATHOIDES, sunt musculi ossis hyoidis oblique sursum trahentes, oriuntur à styliformis appendice externo, qui in os hyoidis corona porrigitur. Ex  $\pi\lambda\theta$  stylus, &  $\kappa\alpha\gamma\theta\eta\mu\delta$  cornuformis.

STYLOGLOSSUM, est pars muscularum linguam attollens, à styliformi appendice natum, quod circa linguæ medium inserit. Ex  $\pi\lambda\theta$ , stylus; &  $\gamma\lambda\alpha\epsilon\tau\alpha$  lingua.

STYLOIDES, sunt processus ossium styliformes pos-

sterius, basi ipsius crani infixi. Ex σύλος stylus, & ἡδες forma.

STYLOPHARYNGÆUS, est par musculorum gulam dilatans; ab appendice styliformi descendens, in gulae latera exporrigitur. Ex σύλος stylus, & φάρυξ gula.

STYMMMA, est spissamentum seu crassamentum rerum (florum, rerumque aliarum) quod remanet post macerationem & expressionem oleorum.

STYPTICA, idem quod *Adstringentia*. A σύφω astringo.

SUBCARTILAGINEUM, idem quod *Hypochondrium*.

SUBCLAVIA est vena, quæ in homine sub claviculis incedit, in quam ductus thoracicus inseritur.

SUBETH *Abicenna*, idem quod *Coma*.

SUBLIGACULUM dicitur in specie de fasciis, quæ herniosis applicantur. Germ. ein Bruch-Band.

SUBLIMATIO, est sicca subtiliorum partium per ignem in sublime elevatum, & vasi adhaerentium, extractio.

SUBLUXATIO, sive elongatio; est quando os paululum tantum promovetur à sinu: vel est ossis aliquujus de loco suo aliqualis dimotio.

SUBSIDENTIA, idem quod *Sedimentum*.

SUbstANTIA TOTA agere dicuntur Veteribus, quæ occultis agunt qualitatibus, ut venena, purgantia &c. Sed recentioribus est idem quod effectum edere tallem, qui necessario certam eamque naturalem particularum minimarum structuram & ordinationem consequitur, & ipsâ salvâ præsto est, ea vero mutatâ cessat. Talis est actio magnetis, in attrahendo ferro, succini & aliorum electricorum corporum in attractione corporum levissimorum.

SUBSTITUTUM vid. *antiballomenon*.

SUBVENTANEUS ~~υπερβιβιος~~ dicitur de ovis sterilibus, seu quæ absque congressu maris concipiuntur & excluduntur. G. Wind-Eyer.

SUCCAGO, vide *Apochylisma*.

SUCCEDANEUM, idem quod *Antiballomenon*.

SUCCENTURIATI RENES, vide *Capsula atrabilares*.

SUCCUS PANCREATICUS, vide in *Callicreas & Dues pancreticus*.

SUDAMINA, Græcis ιδρως, sunt exanthemata in summa cute corporis hærentia granis milii simillima, quæ ιλκαδως, cutum exasperant. A Plinio papulæ sudorum appellantur. Affectus familiaris est pueris & juvenibus, præsertim temperamento calidioribus, qui æstatis tempore nimis moventur & exercentur, in collo, scapulis, peſtore, brachiis, & femoribus, frequentius tamen circa pudenda & anum accidens. vide *Hydroa*.

SUDATIONES, idem quod *Sudamina*.

SUDOR, est humor aquosus, ex plurima aqua, mediocre sulphure & sale constans, caloris & fermentationis ope, interdum quoque & sanguinis debilitate, per cutis poros, sive glandulas aut tubulos lymphaticos, expulsus, & à frigore externo condensatus, qui in guttas colligitur; istum humorem cutis glandulae, si calor fuerit paulo intensior, à sanguine separant, qui deinde per lymphatica vasa, & tubulos foras erumpit. Græcis ιδεως & ιδεως.

SUDORIFERA, vide *Hydrotica*.

SUFFIMENTUM, idem quod *Suffitus*.

SUFFITUS, est pulvis crassiusculus, ex pulrimis odoriferis paratus, qui super carbones vivos injectus, non ingratum odorem & fumum à se diffundit. Vocatur & suffimentum Plin. suffitio *ibidem*, suffimen Quidio. Græcis γυμάνη, γυμίανς.

SUFFOCATIO UTERINA, vide *Hysterice passio*.

SUFFUMIGIUM; vide *Suffitus*.

SUFFUSIO, vide *Hypochyma & Cataracta*.

SUGILLATA, vide *Enchymoma*.

SUGILLATIO, vide *Enchymoma*.

SULFUR & sulphur quid proprie significet, notissimum,

mum, Chimicis verò notat principium rerum constitutivum tale, quod ramosis particulis constat, quæ facile sibi invicem & aliis implicantur, multumque primi elementi continent, unde caloris *omnis* principium, & primum inflammabile dicitur. Continet sub se olea omnia, spiritus, ardentes dictos, & quicquid ignem concipere vel fovere aptum est. An verò corpora ejusmodi pingvia sulphurea dicta principium diei possint merito dubitatur, cum ipsa sint decomposita, ut latius demonstravit Boyle. Varie dividitur, aliud est volatile, aliud fixum, quale ex metallis eliciunt, aliud à colore dicitur auratum &c.

**SUMMITATES**, sunt cacuminula herbarum, *Summitates* dictæ, & dicuntur de herbis foliorum minutiorum. Ut absinthii, centaurii &c.

**SUPERCILIUM**, vide *Cilium*.

**SUPERFOETATIO**, est cum post conceptum fœtum ex congressu item novus concipiatur, cuius exempla apud *Sennertum* aliosque prostant.

**SUPERGEMINALIS** vid. *Epididymis*.

**SUPPRESSIO** in pathologicis denotat retentionem ejus quod secundum naturam excerni debebat, ut urinæ, mensium suppressio, ex quibus hæc saepe emanatio etiam vocatur in juvenculis, quæ nunquam mentes expertæ sunt.

**SUPPRESSIO IGNIS** vel ignis suppressionis in Chimicis denotat etum ignis gradum, quando supra ac infra corpus tractandum ignis ponitur, ut fieri solet in sublimatione cinnabaris  $\ddagger$  ij &c.

**SUPERPURGATIO**, vide *Hypercatbarsis*.

**SUPPLANTALIA** sunt medicamenta externa, quæ in formam cataplasmati pedibus alligantur : componuntur ut plurimum, ex fermento acido, sinapi, rapano silvestri, sale, sapone, pulvere pyrio &c.

**SUPPOSITORIUM**, est medicamentum rotundum, longitudine digitii medii in adultis : in pueris digitii minimi aut paulo minus, ex melle, sale, & speciebus pur-

purgantibus, ut plurimum confectum: quod ano inseritur. Germ. *Stechpille* / *Stulzäpfen*.

SUPPURATIO, vide *Abscessus*.

SURA, idem quod *Fibula os*.

SUTURA ossium, est connexionis species, imitans compagem duarum ferrarum, vel vestium ex plurimi pannis laceris compositionem. In crano suturæ sunt coronalis, sagittalis, lambdoides & mendosa. Commissuræ crani item vocantur. Græc. *ἱαφαῖ*, *συμβολαῖ*, *χρηματαῖ*. Germ. eine Naad.

SUTURA Germ. eine *Heftung*. Est connexio labiorum vulneris aut aliarum partium mollium, quæ duplex est; *Actualis*, quæ fit acu triangulari, cannula & filo cerato. Sutura autem hoc modo fit: In medio vulneris acu duplex filum trahente, si vulnus sit magnum, vulneris labia transfiguntur & facto nodo filum paulo supra nodum resecatur. Deinde in mediis utrinque spatiis aliæ puncturæ simplici filo fiunt, & facto nodo similiter filum absinditur, idque continuandum donec labia vulneris rectè consuta sint. Quæ sutura intercissa vocatur, quod post singulos punctus facto nodo filum absinditur; prosciendum ne nimis rara nec nimis crebra fiat; monendum, suturas ita faciendas esse, ne ore ipsæ extorto se contingent, ut si quid intus humoris concrevit, sit, qua emaneat. Unde chirurgi turundas vel penicilla unguentis illata, immittere solent. Est & aliis suturæ modus, qui prorsus ea ratione perficitur, qua pelliones pelles consuere solent, vulneratis intestinis & venis & arteriis dissectis accommodatus. Aliam describit *Celsus*, quæ fit duabus acubus. *Potentialis* fit emplastro firmiter conglutinante, quæ vocantur sutura per glutinum. In hac apparatus talis est: Lintea comparantur valida, æqualia, mollia, quadrangularis, triangularis, vel alterius figuræ, prout vulneris situs & membris cui applicari debent, natura requirit, quæ in parta, qua vultus respiciunt;

complicentur vel suantur subtiliter, & fila per latitudinem eorum aliquoties trajiciantur. Linteis istis annexuntur ansulae è filio duplicato vel multiplicato & contorto cerâ oblio, ea distantia; quam futuræ habere solent, aut etiam minore, linteis istis inducatur glutinum, ex medicamentis astringentibus & viscosis compositum; qualia sunt *Albumen ovi*, *bolus armatus*, *mastix*, *sarcocolla*, *farina volatilis*, *gypsum*, *tragacantha*, *corallia*, *resina pinguis &c.* Sutura hæc, circa corpora aut vulnera tenera adhibetur, quæ acumi non ferunt.

**SYCOSIS**, *Sycoma*, *Marisca*, seu *Ficus*, est carnis excrescentia circa anum à fici similitudine appellata. Est etiam ulcer, quod à fici similitudine *συκώτις* à Græcis nominatur, quia caro in eo excrescit, & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt. Altera ulcer durum & rotundum est: altera humidum & æquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido pus & mali odoris. Fit utrumque in his partibus, quæ pilis continguntur: sed, id quod callosum & rotundum est, maxime in barba; id verò quod humidum, præcipue in capillo. A *συκώτις* *ficus*. Germ. *Gehg-Warzen*.

**SYDERATIO**, vide *Apoplexia*.

**SYMBECOTA**, sunt accidentia sanis contingentia: nam symptomata ægris obvenire dicuntur. A *συμβάτης* accido.

**SYMMETRIA**, est bona temperies, sive pars sanitatis, in conveniente qualitatum constitutione consistens. Ex *σύν* cum, & *μέτρον*.

**SYMPASMA**, idem quod *Phœnigmus*.

**SYMPATHIA**, est morbus ab alio morbo dependens, vide *consensus*. A *συντίχεια* compatiens.

**SYMPATHETICUS PULVIS** est vitriolum ad albedinem in sole calcinatum, quod sanguinem sistit, sed etiam in distans consolidare dicitur.

**SYM-**

**SYMPERSIS**, est humorum in abscessum abeuntium coctio. A συμπέρισσα concocco.

**SYMPHYSIS** est ossium coalitio, quæ fit absque motu, & duo tamen ossa se invicem tangunt, vel ad se mutuo appropinquant; estque vel absque medio, ut Rhaphe Harmonia, Gomphosis. Vel per medium, ut cartilagine, ligamento, carne. A συμφίσις concresco.

**SYMPTOMA**, est res contra naturam, in corpore nostro à morbo profecta. Estque vel morbus à morbo ortus; vel morbi causa à morbo nata: vel Symtoma simplex. Hoc postremum est actio læsa, extremitorum vitium, qualitas corporis immutata. A συμπτωμά accido. Germ. ein Zufall.

**SYNACTICA**, sunt Medicamenta contrahentia. A συνάγεια contraho.

**SYNAITIA** vel *Synetia*, vide *Continens causa*. Ex οὐρά cum, & αἷμα causa.

**SYNANCHE**, vel à suspendii similitudine, quod non fecus, quam laqueus præfocans enecet. ἀγχόνη enim laqueus est: vel à οὐράχει, quod spiritum continendo respirationem inhibeat, ut *Aurelianus* inquit. Est anginæ species, sive inflammatio p. n. in musculis fau- cium exterioribus. Vide *Angina*. A οὐράγχη coarcto.

**SYNARTHROSIS**, est compositio ossium interveniente cartilagine. A συναρθρώσις.

**SYNCHONDROSIS**, est ossium interveniente cartilagine connexus. Ex οὐρά cum, & χόρδῃ. Cartilago.

**SYNCHYSIS**, est sanguinis aut humorum confusio p. n. in oculo. A συγχύσις confundo.

**SYNCOMISTUS**, vide *Autopyrus*. Item, est cataplasma ex pane cibario paratum. A συμψία conveho.

**SYNCOPE**, est magna omnium virium cum pulsu debili aut déficiente & motus sensusque privatione conjuncta, prostratio. A συνόπτη concido. Defectio animæ *Celso* deliquium animi. Præceps virium lapsus. G. starke Ohnmacht.

**SYNCRITICA**, sunt Medicamenta relaxantia.

**SYNDESMUS**, idem quod *Ligamentum*.

**SYNDROME**, est congressus variorum symptomatum in uno morbo concurrentium. A *συντρίχω* concurro.

**SYNDREUONTA**, sunt signa communia, quæ una cum morbo invadunt: hæc cum mōrbis necessariō non cohærent, nec fluunt ab eorum essentia, declarant tamen aliquid circa morbum: magnitudinem, sc. durationem, morem &c. A *συνδέομαι* confideo.

**SYNNEUROSIS**, est osium nexus seu alligatio, quæ fit interventu partium, ligamentorum sc. ut femoris cum tibia &c. Ex *σύν*, cum, & *νεῦρον* nervus.

**SYNOCHA**, est Febris continua, quæ continuo intenditur & remittitur, quæ ad plurimos dies exten-dit, cum insigni ardore & nonnunquam putredine conjuncta. Estque vel quotidiana, tertiana, vel quartana. A *συνέχεια* una vēho, sustineo.

**SYNOCHOS**, est febris continens, nullas remissiones habens, quæ ad plurimos dies quandoque exten-dit. Estque simplex vel putrida. A *συνίκη* con-tineo.

**SYNOVIA** *Paracelso* denotat modo succum alimentarem, qualis potissimum circa articulos observatur; vel morbum partium nervosarum, ubi ex vulneratis aut exulceratis serum copiosius, effluit. Dicitur alias *ichor ulcerum seorsus*.

**SYNTASIS**, est partium, à tumore vel alias, p. n. distensio, à *συντέναι* distendo.

**SYTERETICA**, est pars *Hygieiae*, quæ præsentem sanitatem tuetur.

**SYNTESIS**, *Plin*, consumatio *Ciceroni*, est contabescientia & colliquatio corporis, qua mollis primū caro tabescit, mox etiam solidarum partium substanciā. A *συντίκει* collico.

**SYNTHESIS**, est totius corporis structura & compages:

pages: sed strictè pro osium compositione anatomica accipitur. A σωπήσιι compono.

SYNULOTICA, vide Cicatrisantia. A σωψλέω cicatricem infero.

SYPHILIS vel *Siphylis* id est lues Venerea. Ita dici videtur aliis δόνη στον τῷ φύλα; aliis à συν & φύλα quod ex consuetudine venerea potissimum oriatur: Vel denique à σφλάς deformis, quod colorem faciei & cutis deturpet.

STPHON idem quod *Syringa*.

SYRINGA, est instrumentum, quo liquores in annum, uterum & aures, &c. injiciuntur. Item, vas fistulosum, ut arteria aspera. Germ. eine Sprüze.

SYRINGOMATA, sunt cultelli chirurgici, quibus fistulae inciduntur.

SYRINGOTOMIA, est Fistularum incisio, Ex σύριγξ fistula, & πίειν seco.

SYRINGOTOMUS, idem quod *Syringotomia*.

SYRUPUS, Serapium, Δρόσατος Nic. Σεργίτιος Aetuario, aliis Σεργίτης, quasi Κύριος ὅπερ ut cuidam placuit. *Serapium* fortassis à *Simpæ*, quam vocem adulta Latinæ linguæ ætas, quæ *Columellam* tulit, agnoscere videtur pro usitato quodam conditæ olivarum genere: unde ad similes condituras translata sit. Denotat medicamentum internum fluidum, ex decoctis, succis, vel infusione, cum addito saccharo vel melle, in eam consistentiam coctum, ut gutta in marmore non diffluat: estque simplex vel compositus: item alterans, Purgans, ad Tussum, Confortans, Stomachicus, Nephriticus, Scorbuticus, &c. Germ. ein Sirup.

SYSSARCOSIS, est connexus osium mediante carne, ut in Hyoides osse conspicitur. Ex συν cum; & σάρκων incarno.

SYSTEMA, idem quod *Synthesis*. *Systema nervosum* dicitur tota compages nervorum, quæ per totum corpus quidem extensa, nihilominus sibi semper continua

nua est, & originem suam ex cerebro habet. A *euil-*  
*gnus* constituo.

SYSTOLE, est cordis contractio, ejusque ventricu-  
lorum commissio, qua crux in arteriam aortam ex-  
pellitur. A *ostium* comitto.

SYZYGIA, est conjunctio, conjugatio, ut in nervis.  
Item de conjunctione corporum cœlestium dicitur.  
Ex *os* cum, & *ζυγός* jugum.

## T.

TABELLA, est medicamentum internum soli-  
dum ex pulvere & triplo vel quadruplo saccha-  
ri, in liquore accommodato soluti, ad spissam syrapi  
consistentiam cocti & supra lapidem marmoreum in  
orbiculos effusi confectum, vide *Morsali*.

TABES, vide *Atrophia*.

TABES DORSALIS, est atrophiæ species, libidino-  
sis & veneri nimis deditis, ut & neogamis frequens.  
Hac laborantes febris sunt expertes, bene comedunt  
& colliquantur, percontati asserunt, sibi videri ex su-  
perioribus partibus à capite veluti formicas in spi-  
nam demitti, cumque urinam aut stercus reddunt,  
semen genitale copiosum & liquidum effluit, neque  
generatio fit, & inter dormierendum, cum uxore dor-  
miant, nec ne, veneris ludibria patiuntur, & tum a-  
lias tum præcipue adscensu locorum accliviorum  
anhelosi fiunt, caput gravatur, & aures sonant. Cau-  
sa est succi nutritiæ & spirituum animalium per ve-  
nerem numiam excitatum dispendium.

TABULA, vide *Tabella* & *Morsuli*.

TABUM, est sanies tenuis è malo ulcere exiens.  
Germ. wässrig Blut.

TACTUS, est sensus, quo tactiles quorumvis cor-  
porum tactilium qualitates, ex diverso nervorum,  
per totum corpus diffusorum, motu, mediante cute,  
communi sensorio offeruntur, ibique percipiuntur,  
vel

vel Tactus est rei tactæ, mediante cute, per nervos sensorio communis oblatæ, ibique perceptæ, sensus. Germ. das Fühlen.

TÆNLÆ dicuntur lumbrici lati, alias *cucurbitini* dicti, quæ longitudine nonnunquam adeo excedunt, ut ulnas aliquot 3. 4. 5. adaequent.

TALPA est tumor p. n. ita dictus, quod sicut talpa sub terra repit, ita hic sub cute cranium depascit: referri potest ad species atheromatis.

TALPARIA, idem quod *Talpa*.

TALUS, vide *Astragalus*.

TARAXIS, est humorum oculi, ventriculi, aut alvi perturbatio: A *magas* turbo.

TARSUS, est palpebrarum extremitas cartilaginea, ex qua pili erumpunt, à Latinis cilium dictum. Item octo ossa pedis posteriora, cratum more ordinata. *rufo* *et* *negro*.

TARTARUS Medicis denotat primò partem terrestrem vini, quæ sensim ad latera dolii secedit & in lapidosam substantiam concrescit. Germ. *Weinstein*. Deinde *tartarus* in pathologicis notat particulas sanguinis terrestres crassiores, quibus acidæ sæpissimæ se associant, quæque in variis locis corporis & vasculis restagnantes obstructiones & omnis generis morbos producunt.

TASIS extensio, dicitur de membro, quando extenditur & uterque musculus agit.

TAXA denotat valorem seu pretium, quo vendi debent medicamenta in pharmacopoliis. Hæc ut plurimum nimia & injusta esse solet, quare moderamine eget. De qua re vid. *Dissertatio B. Ludovici pharmaciae modernæ annexa*.

TECMARSIS, morborum conjectura. A *τεκμαργη* conjicio.

TELAMON *τελαμον*, denotat modo fasciam modo linteamina concepta, quæ vulneribus & ulceribus imponuntur.

TELE-

**TELEPHIUM**, idem ulcus est cum chironio, ita à *Telepho* dicitur, qui tali ulcere longo tempore afflatus fuit.

**TEMPERAMENTUM**, est qualitas ex unione & mistione elementorum, resultans, vide *Crasis*.

**TEMPERIES** vide *Crasis*.

**TEMPUS**, Græcis *πρόταφος* est pars cranii lateralis inter oculos & aures media, in qua emplastra cephalica ad odontalgiam & cephalæam applicantur. Germ. Die Schlafse.

**TENDO**, est pars similaris nervosa, muscularis & osibus, annexa, qua motus arbitrarius membrorum, maximè peragitur: Nihil est aliud quam fibræ muscularæ arctius sibi invicem unitæ & colligatae, ita ut nullum tomentum viscosum admittant. Græcis *τάντη*, *τενόδεσμος*. Vulgus chirurgorum tendinem & nervum vix distinguunt.

**TENESMUS**, *Tenasmus*, *τενόμυος* & *τενέγμυος*, est continua considendi cupiditas, qua tamen nihil præter pauca cruenta & mucosa excernitur. *Tenesmus* dicitur *ἀπὸ τάσιας*, id est contentionē & nisu, qui in eo sit, cum vehementi cupiditate egerendi lassiti crebro exurgere coguntur. Germ. der Zwang / Stul Zwang.

**TENTIGO**, vide *Priapismus*.

**TEREBRUM**, vide *Modiolus*.

**TEREDUM**, idem quod *Caries*.

**TERETRUM**, vide *Modiolus*.

**TERGUM**, vide *Dorsum*.

**TERMINTHUS**, est tumor p. n. in cruribus, supra quem pustula nigra eminet, fructus tebebiathi magnitudine.

**TERRA MORTUA**, damnata, est terra ab elixivazione residua, omnibus facultatibus efficacibus destituta. Germ. todte Erde.

**TERTIANA FEBRIS INTERMITTENS**, est p. n. sanguinis effervescentia, tertio quovis die, cum variis symptomatis ad aliquot horas exactè homines invadens.

dens. Causa est sanguis nitro sulphureus; estque vera, vel spuria. Græcis τετάνος Cerm. das dreytās gige Fieber.

*TERTIUM SAL* vid. *salsum*.

*TESSELLÆ* idem quod *Morsuli*.

*TESTES MULIEBRES*, vide *Orcbis*.

*TESTES VIRILES*, constant ex plurimis & tenuibus vasculis, in quibus semen generatur: exterius variis tunicis obducuntur. Colei Cic. & Mart. 6aſa Plauto, ὄρχης, διδυμοί, μίζα Hesiodo, μῆδα Hom. ὄρχεια ὀλκοί Oppiano. pema amoris quibusdam, vide *Orcbis*.

*TESTES CEREBRI*, sunt prominentiae duæ posteriores cerebri ob similitudinem testes dictæ, quæ homini majores quam brutis sunt.

*TESTUDO CEREBRI*, vide *Fornix*.

*TESTUDO*, est tumor magnus, mollis, vel non valde durus, in capite, latiore forma in modum testudinis, à cuius similitudine accipit nomen, in principio in castaneæ, postea verò in forinam ovi excrescit, in quo mollis materia, tunica quadam obducta, continetur, (unde ab authoribus ad melicerides refertur) quæ calvariæ ita inhæret, ut ipsam plerunque vitiet, ipsique cariem inducat.

*TETANUS*, est contractio constans, qua membrum rigidum & inflexible evadit. Cujus causa interdum est resolutio, sive paralyfis in quibusdam aliis musculis; qui cum relaxantur, oppositi nimis fortiter agunt, & partem, quæ inter utrosque velut in æquilibrio consistere debuit, versus se totam corripiunt: aliquando tamen talis contractio permanens excitat propter tendines humore seroso impacto obsessos, qui proinde rigidi evadunt, hujusmodi affectus in scorbuto familiaris existit, ut ægri quandoque nullum membrum aut articulum extendere possint: Contradistinguitur duabus convulsionis speciebus sc. amprosthotono, & opisthotono. A rem extendo.

TETRA-

TETRAPHARMACUM, est medicamentum ex quatuor ingredientibus constans, ut unguentum Basilicum. Ex τέτρας quatuor, & φάρμακον medicamentum.

THEOREMA, vide *Theoria*.

THEORETICA, vide *Theoria*.

THEORIA, est pars Medicinæ speculativa & contemplativa. A θεωρίᾳ contemplor. Unde Theorema, quod est speculatio: & Theoretica, quæ ad Medicinam speculativam pertinent.

THERAPEUTICA, est pars Medicinæ, quæ tradit Methodum medendi. A θεραπείᾳ fano.

THERIACA, est medicamentum venenum expellens. A θηρίῳ fera, quia ferarum morsus medetur; vel quia viperinæ carnes in ejus compositionem ingrediuntur, & αἰχματικόν fano.

THERIMA, est ulcus ferum, carcinomati simile. A θηρίῳ in ferinam naturam degenero.

THERIODES vid. *Ferinus*.

TERMÆ, sunt balnea naturalia vide *Balneum*. A θερμαῖς calefacio.

TERMANTICA, sunt Medicamenta calefacentia. A θερμαῖς, calefacio.

TERMINTHUS vide *Terminthus*.

TERMOMETHRON, est mensura calotis, tum cuiusvis tum naturalis corporis humani, quæ ex pulsibus saepè dijudicatur. A θερμαῖς calefacio, & μέτρον modus.

THLASIS est contritio, contusio violenta, qua mediante olim eunuchi fiebant, contritis testiculis, qui hinc *Thlasie* vel *Thesi* dicebantur.

THLIPSIS, est vasorum compressio. A θλίψις comprimo.

THORAX, sive mediuss venter, est totum id, quod circumscribitur superiore parte, à claviculis; inferiore, à Diaphragmate; parte antica, à sterno; postica, ab osibus dorfi, lateribus à costis; ovalis figura est, conti-

continet cor, & pulmones, intus membrana pleura circumtenditur: ab Hippocr. & Aristotel. pro thorace sumebatur totum id, quod a claviculis, ad pectora usque excurrit, hoc est medius & infimus venter. A *γένει* salio, quia in eo cor continuo salit. THOREXIS, est vini generosioris potus, pectus calefaciens & quasi loricis circumdans. A *θωράκῳ* loricato.

THREPSIS *θρηψίς* nutritio. Hinc *θρηψίδης*, nutritivus. THROMBUS, est sanguinis, aut lactis in grumos, coagulatio. A *θρόμβῳ* grumesco.

THYMIAMA, vide *Suffitum*.

THYMUS, est glandula in jugulo posita, quae lympham à sanguine segregat, & per vasā lymphatica amandat. Item, tuberculum p.n. carnosum, quod supra corpus, instar verrucæ eminet, colore florem thymi referens; Unde ei nomen impositum est.

THYROARYTENOIDES, est pars muscularum, ortum habens à cartilagine scutiformi, anterius in latera arytenoidis descendens, laryngis rimulam astringit. Ex *γούρης* scutum, *αέριον* aërem haurio, *εἴδης* aperio, & *εἴδης* forma.

THYROIDÆ GLANDULÆ, sunt numero duæ, substantiam habent viscidam, solidam sanguineam, vasis omnis generis communibus membranaque duriore mire perfusam, ovi gallinacei fere magnitudinis atque figuræ, sitæ circa laryngis sedem humiliorem ad latera cartilaginum, thoracis, cricoidis, primorumque aliquot annulorum asperæ arteriæ, quibus partibus immediatè incumbunt, ita tamen, ut facilime ab iis separentur, nisi, ubi pertinacius adhaereant, circa principium & finem; ad id à natura in iis locis collocatae, ut eadem frigidiora calefaciant, humiditates recipiant, collique ornatum contribuant.

THYROPDES, est scutiformis cartilago laryngis. Item, foramen osis pubis. Ex *γούρης* janua, scutum, & *εἴδης* forma.

**TIBIA**, Græcis τίβια, est pars inter genu & talum, ossibus duobus constat; unum exterius quod facile minus; alterum interius & majus, totius nomine dominatur & tibia dicitur, τίβια, aliis *focile majus*, *canna*, *major* &c. Superius processum habet à femoris cavitate exceptum, & sinus binos oblongos, pro femoris capitibus; quorum sinuum profunditatem auget annexa per ligamenta cartilago; mobilis, mollis, lubrica & humoreunctuoso delibuta, in ambitu crassa, centrum versus attenuata, unde lunata dicitur, anteriorius aspera veniunt ligamenta, quæ cartilagini lunares augent. Anterior pars acuta & longa spina dicitur. Inferius adest processus ex interno latere gibbus & prominens, juxta pedem, diciturque malleolus internus. Germ. das Schienbein.

**TINCTURA** est medicamentum chimicum liquidum, coloris exaltati, rubicundi vel alias ex simplici quodam, vel pluribus conjunctim extractum, vel per menstruum aqueo-acidulum, ut Tinctura rosar. violarum &c. vel per  $\text{Fe}$ um aut  $\text{Fe}$ o-salinum ut Spir. vini, Spir. vini  $\text{Fe}$ atum  $\text{Fe}$ o- $\text{Fe}$ o-vinosum; Spir. vini acido-fortificatum, &c. ut Tinctur.  $\text{Fe}$ i. anti-phthifica &c. vel etiam per oleosum ut Tinctur.  $\text{Fe}$ ris. Atque haec sunt tincturæ veræ. Tincturæ apparentes & fucatæ sunt medicamenta chimica liquida, quæ colorem non ex se habent, sed quibus ille conciliatur per additamenta externa, ut sanguinum rub. effuent. papav. rhæad. tornam solis &c. Tales sunt Tinctura bezoardica, Tinctura aperitiva &c.

**TINEA**, si achores diu durent, aut tarde nimis & male curentur, in tineam, ulcera nimirum capitis crustosa cutem ejus erodentia & fætida, transeunt: propterea merito inter morbos infantium sed paulo adultiorum refertur. Etsi enim adulti quandoque hoc morbo laborent, tamen rudimenta ejus & initia in infantia contraxerunt. Dicitur autem *tinea* à vermiculis

culis illis vestes erodentibus: quia ulcera ista cutim capitis instar tineæ erodunt & corrumpunt quo nomine à Græcis hic affectus appellatus fuerit, vix patet.

**TINNITUS AURIUM**, est susurris quidam aurium, ab obstrukione vel re aurem irritante, qua aër occlusus ab arteriis pulsantibus continuo moyetur & tympanum leviter verberatur, unde susurrus & bombus producitur. Germ. das Gausen / Grausen / Klins gen der Ohren.

**TMETICA**, idem quod *Attenuantia*.

**TOMOTOCIA**, idem quod *Hysterotomia*. Ex *τιμη* seco, & *τέκνο* partus. A *τέκνω* pario.

**TONICA**, sunt quæ membris foris illinita, nervis & tendinibus robur conciliant. A *τάνω* porrigo, tendo.

**TONOTICA**, idem quod *Tonica*.

**TONICUS MOTUS** est, quando membrum extensum rigidum servatur, quod fit utroque antagonista æqualiter contracto.

**TONSILLÆ**, vide *Paristhmia*.

**TONUS** dicitur de fibris tam nerveis quam reliquis, est debita earum strictura & sentensio à spirituum animalium quantitate sufficienti.

**TOPHUS**, est concretio lapidosa, in quacunque parte, excitata, potissimum in partibus arthritide affectis.

**TOPICA**, sunt medicamenta externa, quæ foris applicantur, ut Emplastrum, Cataplasma, litus &c. A *τόπῳ* locus.

**TOPINARIA**, idem quod *Talpa*.

**TORCULAR HEROPHILI**, est ille locus, ubi quatuor sinus crassæ meningis conjunguntur.

**TORMINA ALVI**, idem quod *Colica passio*.

**TOROSUS** idem quod crassus, corpulentus.

**TORPOR** est tactus defectus in parte aliqua, cui

motus læsio s̄epissime jungitur, à spirituum anima-  
lium fixatione, vel nervorum resolutione orta.

**TORTURA** Medicis notat spasmum muscularum  
oris & faciei in altera ejus parte. Alii tamen id ex  
relaxatione muscularum oppositi lateris potius de-  
ducunt. Occurrit hoc vitium in apoplecticis &  
paralyticis, diciturque in specie *tortura oris*.

**TOXICA**, sunt medicamenta yenenata, quibus Bar-  
barorum sagittæ illinebantur.

**TRACHEA**, idem quod *Aspera arteria*.

**TRACHOMA**, est scabies sive asperitas palpebræ  
internæ. A *τραχύνω* aspero.

**TRAGEÆ**, non differunt à pulveribus, nisi quod  
medicamenta, ex quibus parantur adeo tenuissimè  
haud terantur. Vel externè adhibentur corpori, ap-  
positæ aut in fumum resolutæ; vel sacculo lineo in-  
clusæ in vino aut alio liquore detinentur, ut vires  
suas liquori communicent. Aliquando tamen com-  
ponuntur etiam ex speciebus antidotorum, odoratis-  
que aliis rebus & medicamentis simplicibus in pulve-  
rem redactis, saccharo addito. In his conficiendis  
communiter capitur uncia una sacchari, ad singulos  
drachmas specierum, præsertim amatarum & minus  
gratarum.

**TRAGEMA**, idem quod *Tragea*.

**TRAGUS**, est auris extrema. crēpido.

**TRANSCOLATIO** vid. *Colatio & colare*.

**TRANSFUSIO** *sanguinis* vid. *Chirurgia transfu-*  
*soria*.

**TRANSPLANTATIO** est ratio curandi *Paracelsica*, qua  
morbus hominem affligens in brutum vel vegetable  
transfertur. Quæ an ratione naturali nitatur, auto-  
rēs inter se certant.

**TRAULUS** & *Traulotes*, est blaesitas, sive vitium in  
L. & R. pronunciando. A *τραυλός* balbutio. Germ.  
das *Lispeln*.

**TRAUMA**, vid. *Troma*.

TRAU-

TRAUMATICA sunt, quæ in decoctis & potionibus assumpta, serosos & acres humores seu succos è corpore educunt, sanguinemque ita attenuant, ut in partes vulneratas, ruptas vel confusas commode propelli possit; & quibusdam partibus adstringunt & detergunt, ista, lapsis, contusis & vulneratis conducentia, vulneraria nuncupantur. A *τραυματικῷ* vulnero. Germ. heilende Mittel / Wund-Mittel.

TREMOR, vide *Tremos*.

TREPANUM; idem quod *Modiolus*:

TRIANGULARE OSSICULUM, est illud os, quod inter suturam Lambdoideam & Sagittalem situm est; quod ad epilepsiam quoque conducere ferunt. Dicitur etiam Triquetrum.

TRICHIASIS; idem quod *Phalangosis*. Item, Urina pilosa, cui ab humoribus pituitosis, pili innatae videntur. A *τρίχης* pilus.

TRICHISMOS est fracturæ species tenuissima & veluti pilaris, ut sensum fere effugiat.

TRICONGIUS, est mensura octodecim sextatum.

TRICHOSIS idem quod Trichiasis.

TRICUSPIDES *τριγύρωχος*, dicuntur valvulae cordis, quæ in ventriculo dextro reperiuntur & ostium venæ cavae occludentes motum sanguinis versus pulmones promovent.

TRIENS est tertia pars librae medicinalis, continens uncias tres.

TRIORCHIS, i. e. tres habentes testiculos.

TRIPSIS, est contritio, sive contusio. A *τρίψει* teto.

TRISMUS, est dentium stridor: sive convulsio musculi temporalis, quia dentes invitè strident. A *τρίση* strido. Germ. das Zahnschnitzen.

TRITÆOPHYES: est febris continua remittens, quæ tertio quoque die exacerbatur. Ex *τριταις* triduabus, & *φύει* cresco.

TRITÆUS, idem quod *Febris tertiana-intermittens*.

TRITURATIO, est contusio, qua medicamenta in pulverem rediguntur, ut eo aptius simplicia invicem misceantur.

TROCHANTER, idem quod *rotator*.

TROCHISCI, sunt rotulæ seu orbiculi signati: sicut ex pulveribus cum mucilagine exceptis & in pastam redactis, ex qua orbiculi in umbra siccandi formantur. A ῥόχῳ rota. Vocantur item pastilli, ~~annuli~~ Hippocr. ab annuli specie. *άρνητος*, quod panem referat. *κυκλιστικός* à circuli figura.

TROCHLEA, dicitur cartilago quedam circa oculum, per quam musculus transit oculum obliquè movens exinde *trochlearis* dictus.

TROMA, est vulnus, à causa externa inflictum. A τρωμή vulnus.

TROMBOSIS, est coagulatio lactis, vel sanguinis in corpore humano. Germ. das Gerinnen der Milch oder Bluts.

TROMOS, est tremor, sive depravatio motus voluntarii membrorum, qua illa perpetua vicissitudine in contrarium agitantur. A τρέμω tremo. Germ. das Beben / Zittern der Glieder.

TRYSMUS, vide *Trismus*.

TUBÆ FALLOPIANÆ, sunt duo mediatus graciles, ab utero oriundi, cumque parum recesserint ab eo latores sensim redduntur, & capreoli modo crispantur, foramina ampla habent, quæ ferè clausa jacent, concidentibus fimbriis illis extremis; tamen si diligenter aperiantur & dilatentur, tubæ cujusdam æneæ extrellum orificium exprimunt. Usus est, ut ova à testibus recipient & in uterus deferant, secundum Doctiss. R. de Graaf. ex inspectione cuniculorum veritas manifesta est.

TUBERCULA, idem quod *Phymata*.

TULUS, idem quod *Callus*.

TUMOR, G. *πόνος*, οὐδῆμα est Morbus p. n. quo partes

partes humani corporis præter solitum modum ampliantur & extenduntur, ut destinatam operationem perficere nequeant.

TUNICA, idem quod *Membrana*.

TUNICA RETIFORMIS, vide *Retina* & *Amphybleftroides*.

TURUNDA, idem quod *Turundula*.

TURUNDULA, seu *Turunda* Varr. *Linamentum* Celso, *Pannus* Colum. μοτός, ἔμποτος. Est liateum concerptum, quod unguento illatum, ulceribus imponitur. Germ. eine Wicke.

TUSSIS, Græcis βίξ est vehemens pectoris efflatio, qua id, quod spirandi instrumentis est molestum, vi aëris expellitur.

TYMPANIAS, idem quod *Tympanites*.

TYMPANITES, *Tympanias*, aqua intercus secca, est tumor abdominis fixus & constans, æquabilis, durus, renitens; & à pulsione sonitum edens, à partium & viscerum membranaceorum inflatione ortus, propter spiritus animales in fibras istas copia nimia adactos, ibidemque succi nervi obstruentis vitio, à recessu impeditos; cui affectioni, consequenter, flatulum in locis vacuis aggestio, velut complementum, accedit. A τυμπανίσιοι tympani instar sono.

TYMPANUM, est membranula tenuis orbicularis pellucida; cavitati auris internæ aërem congenitum, continentis obtenditur: inservit auditui. Est etiam in aure cavitas concha dicta.

TYPHODES, est febris symptomatica continua & ardens; velut ab inflammatione viscerum. Ex τύφῳ fumus, & κάρη forma.

TYPHOMANIA, est delirium cum phrenesi, & lethargo. Ex τύφῳ fumus, & μαρτλι furor.

TYPHONIA, idem quod *Typhomania*.

TYPIUS, sive *Periodus* & *Circuitus* est ordo febrium, constans ex intensione & remissione. A τύπῃ verbero, tunsto.

TYRIA, idem quod *Ophyasis*.

TYROIDES, vide *Thyroides*.

TYROSIS, est quando lac comedum, in materiam caseosam coagulatur, à *νηστός* caseus.

## V.

VACUATIO, vide *Evacuatio*.

VACUI-DIES, sunt, quibus ratissima & imperfecta ac mala crisia plerumque contingit: iisque sunt 6. 8. 10. 12. 16. 18. quibus nonnulli addunt 22. 23. 25. 29. 30. 32. 33. 35. 38. 39. hi Medicinales appellantur, quod in iis medicamenta exhiberi possint.

VAGINA UTERI, dicitur & *matrix*, uteri ostium, uteri cervix, *αιδοῖος*, *γυναικεῖος*, *κέλπη* & *γυναικεῖος*. Est meatus ille, cui virilis penis in coitu inditur, non aliter quam vaginae gladius aut culter; sita est in hypogastrio, figura oblonga; magnitudo, pro ætate & veneris usu variat. Crassities ejus in superiori parte latitudinem straminis adæquat, in inferiori vero propter accretionem eandem duplo vel triplo superat. Latitudo, qualis recti intestini, interne nervea & rugosa, perforatur plurimis porulis præsertim in inferiori parte circa meatus urinarii exitum.

VAGINALIS TUNICA, vide *Elytbroides*.

VALETUDO, est partium nostri corporis qualisunque sive bona sive mala agendi dispositio.

VALVULÆ sunt membranulæ tenues in vasis aut fibris valvam referentes, à varia figurazione variam denominationem accepere, ut Sigmoides, Semilunares, Mitrales &c. reperiuntur in venis omnibus, arteriis circa cor, vasibus lymphaticis, lacteis & in fibras musculosis, quas nostra curiositas primo detexit, de quibus peculiari tractatu egimus. Usus est sanguinem & alios liquores à regressu impedire.

VALVULÆ etiam reperiuntur in intestinis. In teniibus & crassis, præsertim in jejunio & circa initium intestini ilei, quæ à figura semicirculares vocantur.

tur. Hæ valvulae seu plicæ, quo propius accedas ad ileum, paulatim incipiunt magis magisque obliquari, & in principio ilei minus obliquantur quam in progressu ejusdem. Similiter prope finem jejuni, plicæ sensim longius ab invicem distant: & in ileo simili- ter, quo ulterius descendat, adhuc longius. In principio & medio jejuni vix semi pollicem distant; in ileo, pollicem integrum & amplius. Digitio impulsæ aliquantulum cedunt, & huc atque illuc mobiles sunt. In principio coli valvula carnosa & circularis est, & præter hanc varias adhuc obtinet colon. *Uso* est ci- bos nonnihil remorari, ut melius fermententur, chylus distribuatur, adjacentes partes calore foveantur, postremò ne iterum ascendant.

VAPORARIUM est balneum siccum, quando vel totum corpus vel pars tantum exponitur vaporis, qui ex decocto morbo convenienti elevatur, dum adhuc calet, circumpositis tegumentis ne nimis cito dissipetur vapor. Vide etiam *Laconicum*.

VARENI five *Vari* riotant symptoma scorbuticum, quando nempe dolor vagus, cum rubore saepissime nervosas partes afficit. Estque idem cum *arbitida sagae* scorbutica quam vide in A. Inferioris Saxoniae populi vocant die Lopenden *Baren*. Scripsit de iis ex professio *Mollenbroeius*.

VARICOSUM CORPUS, dicitur ille plexus vasorum spermaticorum, qui testiculos ingreditur.

VARIOLE, sunt pustulæ majores minoresve ab initio sub forma macularum rubentium in toto corpori, vel plurimis ejus partibus erumpentes cum febre acuta & saepè epidemica ac maligna. De causa sententiae autorum variant. CL. T. Willisi, causam putat esse inquinamenta seu semina fermentativa, ab utero foeti una cum alimento communicata; sed quomodo hoc locum habeat in adultis, in quibus sanguis tam varias subiit alterationes, nondum patet. Videtur potius eam consistere in inquinamento quo-

dam sanguinis ex lactis vitiis generato, quod ex certa aëris constitutione, vel contagio simili excitatur & in motum agitur. Arab. *Bothor*. Græc. ἑγεμονία. Germ. Kinder-Pocken/Blattern.

VARIX, vide *Cirros*.

VARUS, vide *Zonthus*.

VAS BREVE, vide *Breve Vas*.

VASA sunt cavitates, per quas liquores transeunt; ut vena, arteria, vasa lymphatica, ductus chyliferus, ductus salivales &c.

VASA LACTEA, sunt vasa tenuia, in mesenterio, ab intestinis præsertim tenuibus ad glandulas mesenterii porrecta, quæ sunt *primi generis*, deinde quæ *secundi generis* sunt, ab istis glandulis ad sacculum chyliferum deducuntur. *Usus* est chylum ab intestinis ad sacculum chyliferum & ductum thoracicum vehere. Eorum inventor *Astellius* est, in quibus postea dexterimus *F. Ruischbius* valvulas detexit. Germ. die Milch-Ubern.

VASA LYMPHATICA, vide *Vena Lymphatica*.

VEGETABILIA, seu ad regnum Vegetabile pertinere dicuntur Medicis omnia ea, quæ secundum plantarum naturam ex terra prodeunt & ex eadem nutrituntur; seu quæcumque ad plantam ullo modo referri queunt, sive sint species, sive singularum specierum partes; ut radices, semina, folia, flores ligna &c.

VEHICULUM notat liquorem quendam dilutiorem sive alimentarem, sive medicamentosum, quo mediante medicamenta concentratoria assumuntur.

VELUM glandulosum dicitur nonnullis tunica interiore superficiem primarum viarum, gulæ, ventriculi & intestinalium investiens.

VELAMENTUM idem quod velum glandulosum.

VENA Medena vel *Medinensis* est affectus corporis externus, quando pustula quædam in ambitu exortatur & postea fit vesicula, è qua egreditur materia rubra ad nigredinem inclinans & postea latius prospicit,

pit ac si vertis esset vermis. Vid. Georg. Hier. Velsch. peculiarij libro.

VENA, Græc. φλέψ, ἔντερος Endoxo, διξαμίν Hesichio, est ductus in corpore sanguinem ad cor revehens. Species sunt vena Cava, Portæ, Lymphaticæ, & Lactæ. Arteriæ aliquando pro. venis sumuntur. Constant ex quatuor tunicis, nervosa scil. glandulosa, musculari & membranosa. Venæ cavæ tanii supra cor vocantur Venæ jugulares, quæ caput petunt; quæ ad Brachia tendunt Axillares; in cor Coronaria; in pulmones Pulmonaria; sic dicitur Hepatica, in hepate; Prenica in diaphragmate; in cruribus Cruralis; in renibus Emulgentes: & sic à varia ramificatione variam denominationem accepit. Germ. die Aldern.

VENA FORTÆ in abdomine tantum residet, & suas radices in hepar, lienem, ventriculum, mesenterium, intestina, pancreas, omentum &c. extendit: officium est sanguinem à nutritione dictatum partium superfluum circulariter ad hepar ferre, pro bilis maximè segregatione.

VENÆ LYMPHATICÆ, lympham à glandulis conglobatis accipiunt, vel in venas sanguineas, vel in chyli cisternam se exonerant. Vasa lactea chylum à papillis intestinalium accipiunt, quem in glandulas mesenterii deponunt, qui exinde statim per vasa lactea secundi generis, in sacculum chyliferum fluit.

VENÆ LACTÆ vide *Vasa Lactea*.

VENÆ SECTIO, est sanguinis, qui in vasis continetur, per venam arte sectam, eyacuatio: hæc est Evacuatoria, Revulsoria & Derivatoria. In venæ sectione ad vires respiciendum est, Plus sanguinis quam libra educi non debet, educantur potius primo unciae quatuor sex vel octo, & si necessitas exigat, repetatur. Vena, per longitudinem fibrarum secunda est. Germ. ein Alder-Lag.

VENENUM denotat in genere omne id, quod corporis

poris humani partibus omnibus, tam solidis, quam liquidis ac spirituosis nocivum & deleterium existit; & solidas quidem erodendo aut corrodendo, liquidas fundendo nimis, coagulando, præcipitando, easdem nimis fermentando, &c. spirituosas denique in textura & motu turbando.

**VENERIS OESTRUM**, idem quod *Clitoria*.

**VENTER INFIMUS**, vide *Hypogastrum*.

**VENTOSÆ**, sunt *Cucurbitulae* absque scarificatione appositæ.

**VENTOSITAS SPINÆ** seu *spina bentosa* est affectus malignus qua ossa cariem trahunt & in putrilagium resolvuntur. Vid. de eo *Pandolfinus*.

**VENTRES**, vide *Cavitates*.

**VENTRICULUS**, est viscus membranosum, in abdome sub diaphragmate inter hepar & lienem, constans ex quinque tunicis, ut de œsophago dictum; habet duo orificia, Dextrum Pylorus seu Janitor vocatur, ex quo cibi expelluntur: Sinistrum verò stomachus, per quem cibi in ventriculum impelluntur. Officium est cibos concoquere seu dissolvere. Vocabatur item stomachus, aqualiculus, *γαστήρ*, *άντερος*, *stomachus*. Germ. der Magen.

**VENTRICULI CEREBRI** sunt quatuor, eorum usus est serosos humores accipere & per pelvem deducere ad glandulam pituitariam: vel in processus mammillares per os cribriforme ad nates. Nihil aliud sunt, quam complicationes cerebri, quæ ibi tanquam ex accidenti evenerent. Germ. die Höllen des Gehirns.

**VENTRICULI CORDIS**, duo sunt; primus sive Dexter sanguinem à vena cava fecipit & pulmonibus tradit; alter sive sinister à pulmonibus sanguinem fecipit & per arteriam in totum corpus propellit. In contractione ventricularum sive systole, sanguis exprimitur: in Diastole seu expansione & dilatatione, sanguis recipitur & admittitur.

**VERMES**, vide *Lumbrici*.

**VERMI-**

VERMIFORMIS PROCESSUS, est prominentia cerebelli sic à figura dicta.

VEBRICULARIS dicitur tunica retina seu reticulatis in oculo, quæ humorem vitreum in postica oculi parte cingit.

VERTEBRA, vide *Spondylus*.

VERTICILLI, idem quod *Cotyledones*.

VERTIGO, vide *Scotomia*.

VERRUCAE, sunt species tuberculorum, Græcis ἄκροχοεδῶσις, à papulo porri. *Acrochordones* dicuntur, eo quod si vertices horum tuberculorum inspiciantur, similes sunt resectæ chordæ. *Celsus* hujus appellationis eam causam videtur attulisse, quod in fundo sunt angustiores, in summō latiores; adeo ut pendere videantur ideoque à plerisque verrucæ pensiles appellantur. Dicuntur *porri*, eo quod si inspiciantur summitates ipsorum, videntur æmulati brevia illa capillamenta porrorum. Verruca est tuberculum durum, eminens, cuti erumpens, callosum, parvum, & in omnibus corporis partibus nascens. G. eine Warze.

VERTEX, est pars capitis inter sinciput & occiput media & gibbosa. Germ. der *Wiebel*.

VESICA, est pars membranacea cava, in qua liquor excernendus continetur: ut Vesica urinaria, Bilaria, Seminaria. Græcis οὐσία, ὑγεδόξη οὐσία. Germ. eine Blase.

VESICA DESTILLATORIA, est vas æneum sive aereum cupreum, quod materiam destillandam continet. Germ. eine Destillir-Blase. Per yesicam destillare, durch eine Blase destilliren.

VESICATORIA, sunt medicamenta, quæ in spiritus & particulas serosas agunt, easque rate faciunt, intraque cutim & cuticulam colligunt & per consequens à se invicem separant & vesiculas sero plenas excitant. Germ. Blasenziehende Mittel / Spanische Eltergen-Pflaster.

VESICU-

VESICULA FELLIS, vide *Folliculus felli*.

VESPERTILIONUM ALÆ, sunt ligamenta duo lata & membronosa, utrinque unum, quibus utsi fundus osib[us] ilii laxè connectitur: *Aretans* Vespertilionum alis assimilat.

VETERNUS, vide *Lethargus*.

VETERIARIA est ars, quæ tractat curationem animalium brutorum.

VEXATIO est cutis suggillatio, vid. *echymoma*. Germ. blaue Flecken von Schlägen / blaue Augen.

VIBEX, vide *Enchymoma*.

VICTUS RATIO, est modus vivendi, quo sanitas per convenientia conservatur & morbus propellitur: consistit in recto usu rerum non naturalium. Estque in Morbis triplex, Crassa, Mediocris, Tenuis: Tenuis item est tenuis simpliciter, tenuior & tenuissima, vide *Dieta*.

VIGILIA, est spirituum animalium in poris cerebri agitatio & expansio, ob quam hinc ad sensuum extenorū organa copiosius amandantur, ad sensus omnes continuo exercendos. Germ. das Wachen.

VIGOR MORBI, vide *Acme*.

VINUMICOS, est vinum Colore, odore & sapore pollens. Anglorum Schola salerni nitorem addit hoc versiculo:

*Vina probantur, odore, sapore, nitore, colore.*

VINUM HIPPOCRATICUM, est cui saccharum & aromata infusa fuerunt, & postea per manicam Hippocraticis colatur.

VINUM MEDICATUM, est cui medicamenta infusa sunt in usum ægrotantium. Germ. Kräuter Wein.

VIRES denotant in medicina καὶ ἕξη spirituum sufficientem copiam ad actiones omnes obeundas. Duplices statuuntur, *naturales*, qui & vitales audiunt, quando spiritus vitales in sanguine sufficietes adsunt & motum rarefactivum rite præstant. *Animales*, quando spi-

do spiritus animales nervos & musculos sufficienter inflant ad motus præstandos.

VIRGA, vide *Penis*.

VIRGINALE CLAUSTRUM vide *Hymen*.

VISCERA, sunt organa, in cavitatibus majoribus contenta. Vocantur item, exta, interranea. *πλαγια*, *γυνα*, *γυναιδια*. Germ. das Eingeweide.

VISUS, est sensus, quo ex materiæ subtilis, in retinam oculi impingentis motu spiritus animales certo motu cerebrum versus moventur, & lumen ac colores in cerebro percipiuntur.

VITALIS FACULTAS, est actio, quâ homo vivit, quæ involuntarie peragitur, ut sunt motus cordis, respiratio, nutritio &c. dependet maxime à cerebello. Eadem est cum facultate naturali, quanquam veteres distinguebant, & naturalem in hepate ponebant, vitalem in corde, quamvis falso.

VITALIS INDICATIO, vide *Indicatio*.

VITILIGO, vitiliginis tres species sunt. *Αλφος*, ubi color est albus, fere subasper, & non continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Intervidum etiā latius, & cum quibusdam intermissionibus serpit *Μίλες*, colore ab hoc differt, quia niger est, & umbræ similis, cætera eadem sunt. *Λευκη* habet quiddam simile alpho, sed magis albida est, & altius descendit, in eaque albi pili sunt, & lanugini similes. Omnia hæc serpunt, sed in aliis celerius, in aliis tardius.

VITREUS HUMOR, vide *Humores Oculi*.

VITRUM est corpus pellucidum ex fusione particularum salinartum & terrearum igne violentissimo paratum. Hinc vitra communia ex cineribus & arena seu fabulo parantur. Ob similitudinem corpora pellucida ex calcibus mineralium & metallorum parata vitra vocantur, ut vitrum *Τι*, *Ζη* &c. *Vitrificatio* est ipsa vitri præparatio; seu ars vitraria, de qua scripsit *Neerius*.

ULCE-

ULCERATIO, vide *Exulceratio*.

ULCUS, est solutio continui, à materia erodente ortum ducens, in mollibus corporis partibus, cum imminuta magnitudine. Gr. ἄλει. Germ. ein Geschwär.

ULNA, Focile majus. ὑγκάνης, ωργκάνης est os inter brachium & carpum, parte superiori cum humero per γαλοποδίαν articulatur, ideo habet ibidem processus & sinus. Processus sunt duo oblongi, & quasi triangulares, asperi, ut ligamenta articulum validè ambiant, dicuntur κορώναι id est rostra seu glandes. Anterior & superior minor, humeri sinum subit: posterior crassior & amplior in obtusum angulum definit, & humeri sinum posteriorem subit. Galenus vocat αἰγάλης Hippocrates ἄγκανη, Latini gibberem. In medio horum est magnus sinus seu cavitas instar semicirculi, unde dicitur στυγμωτής habet adhuc alium sinus levum externum, lateralem pro radii capite. Parte inferiore articulatur cum carpo, tum per medium cartilagineum, tum per processum acutum, ideoque styloidem dictum: unde ligamentum oritur, cubitus cum carpi articulo firmans. Germ. die große Arme-Röhre.

ULOMELIA, est totius corporis integritas. Ex ἄλος integer & μέλος membrum.

UMBELLÆ sunt summitates plantarum sinuosæ instar nidi avis formatæ. Unde plantæ umbelliferae.

UMBILICUS, umbo, ὄμφαλος, πλάτα γαστρός Aristoteli. Est umbo in medio abdominis situs, seu ille locus, ubi in foetu funiculus umbilicalis abdomen perforabat & post partum abscissus cedaluit. Germ. der Nabel.

UNCIA, est duodecima pars libræ medicinalis, continet uncia drachmas octo.

UNDOSUS PULSUS dicitur ille, quando arteria instar undæ fluctuantis inæqualiter digitum ferit.

UNGARICA febris seu *Ungarium morbus* est febris epide-

epidemia maligna cum intensissimo capitis dolore, delirio, saepissime etiam angina, aliisque symptomatibus. Ita dicitur quod Hungarum frequens esse soleat. Germ. die Ungarische Krankheit.

UNDIMIA, idem quod *Oedema*.

UNGUENTUM, est Medicamentum externum, quod consistentiam linimentò paulo crassiore habet. Vocatur etiam Unguentum *Plin.* ἄλειμα & ἄλειφαρ. Gr. Germ. eine Salbe.

UNGIS, Gr. ὄνυξ est pars similaris flexilis, alba, dura, digitos ab externis in juris defendens, & quodammodo exornans, radix ejus ligamento cuidam jungitur, & ob vicinas adfitasque ei tendines, sensilis est. Constitui videntur unguis ex collectione minimarum fistularum, dense sibi invicem adhaerentium & in longitudinem excurrentium. Ubi incipiunt, inveniuntur quædam fibrae nervosæ in modum papillarum elongatum, quarum elongatæ partes ad unguem usque conspiciuntur. Si autem vi abrumpanatur, foramina diversa relinquentur, ita ut cornea ungrium substantia retis naturam obtineat. Hisce accedit corpus papillosum ungui subjectum, una cum suis vasis excretoriis. Apices ungrium sunt, qui ultra carnem exeruntur, ἀκρωτηρία five extremitates; partes, quæ præciduntur, segmina unguis dicuntur; partes sub ungue κούπια, pars alba & semilunaris radici proxima αἰστόλη, five exortus, & ἄρχεμος, ab albedine; ipsa initia eorum cuti adnata αἰσθητική, ungrium radices vocantur; latera πέριττα καὶ οὐρανοῦ rima & vertices; anguli γωνία, maculæ albæ, νυφίλια, nubeculae & cicatrices albæ. G. die Nägel. *Unguis* etiam dicitur *Pterygium*, oculi quoddam vitium.

UNGULA, ὄνυξ Hippocr. est uncus seu hamus educendo mortuo foeti comparatus, Embryorectes *Tertulliano* dicitur lib. de Anima, nisi placeat eo loco reponere & Galen ὄμηρος θλάση, sic enim ille nominat,

aut ἀμβρυολός, qua voce *Hippocrates* utitur, à quo idem instrumentum etiam ἀλκυστήρ, item πίσπος lib. de mulieribus, & ιχθύν dicitur.

UNGULA OCULI, idem quod *Pterygium*.

VOLA, est postbrachialis pars interna manuum, *Palma*, dicta, Græcis ἀνάρα, κοῖλος χειρός, κοτύλη, Γένα, Pind. Scol. Item, vola est concavitas pedis, κοτύλη, κοῖλος ποδὸς. Germ. die hohle Hand oder Fuß.

VOLATICA, idem quod *Lichen*.

VOLATILE in Medicina dicitur, quod facile mobile est, & vel in aër facile solvitur ac per ejus poros dispergitur; vel quod ab igne consumitur aut dissipatur, ut sensibile amplius non sit. Hinc sal volatilis, sulfur volatile &c.

VOLSELLA, seu *Vulsellæ*, μαδίστελον τειχολαβίς & τειχολαβίσσα. Instrumentum, quo pilos prehensos radicibus è corpore extirpant: seu forceps chirurgica, quæ pro vario usu, varia forma est.

VOLVULUS, vide *Ileon*, & *Chordapsus*.

VOMICA, est vitium pulmonis à sanguine heterogeneo excitatum, qui alibi in pulmonis sinu, forsitan intra cellulam quandam vesicularem deponitur, nec tussim nec febrem inducit; postea verò cum sensim aucta, vasa sanguifera vicina comprimit, quin & sanguini præterfluenti effluvia sua imprimit, proinde febricula, cum inquietudine & marcore succedit, tandem illa ad plenitudinem aggesta & diuturna concoctione in pus sincerum maturata, cystin seu nidum facit. Germ. ein Lungen-Geschwär.

VOMITORIUM, est Medicamentum internum vomitum movens. Vide Emetica. Græcis. Εμέτκος.

VOMITUS, est violentus & inversus ventriculi motus, quo ejus fibræ carneæ, à re molesta irritatae, versusque sinistrum orificium contractæ, ea, quæ in ventriculi cavitate continentur, per os expellunt. Græc. ὄμετός. Germ. das Brechen.

VORACITAS vide *adæphagia*.

**URACHUS**, est ductus urinarius in fœtibus, à vesica in membranam allantoidem porrectus, qui post fœtus editionem in naturam ligamentosam facessit, & vesicæ pro suspensorio cedit. Conjungitur umbilico & vesicæ fundo.

**URANISCUS**, idem quod *Palatum*.

**URENTIA**, vide *Pyrotica*.

**URESIS** est urinæ redditio seu miſcio.

**URETER**, est vas fistulosum & membranosum, ab utroque rene intra vesicæ membranas se aperiens, per quod urina à renibus secreta, vesicæ traditur, vena alba *Celsus* dicitur. Germ. der Harn-Gang.

**URETHRA**, vel *fistula*, σεξχός, σερθη, τόρος υγενῆς est meatus urinarius, quo ex vesica per penem, vel vulvam sive pudendum muliebre, urina excernitur. Item, Inservit seminis ejectioni. In initio suo per duo foramina vesiculæ seminales, quin opus fuerit, se exonerant, iisque prostratae glandulosæ, etiam plurimis foraminibus circumstinent: quibus caruncula apponitur.

**URINARIA FISTULA**, idem quod *Uretbra*.

**URETICA**, idem quod *Diuretica*.

**URINA**, vide *Uron*.

**URINOSUS** dicitur de sale volatili alcalico, qui urinæ odorem tantum non semper refert. Urinosus spiritus est sal volatilis alcalicus in phlegmate solutus e. g. ~ CC. ⊖ \* ci.

**UROCRISSIS**, idem quod *Urocritica*.

**UROCRITERIUM**, est judicium de urina. Ex ἡρος urina, & κείσια judico.

**UROCRITICA**, sunt signa, quæ ex urinis observantur. Ex ἡρος urina, & κείσια judico.

**UROMANTIA**, vide *Urocriterium*.

**UROMANTES**, est qui ex urinis aliquid divinare valet. Ex ἡρος urina, & κείσια vates.

**URON**, *Urina*, Lotium, ἡρος & κείσια excrementum serosum à sangvine in renibus, cum multo sale,

pauco sulphure, terra & spiritu, per ureteres ad vesicam delatum, donec convenienti tempore & loco, excernatur. Ab *ηρίω* urinam reddo. Germ. Harn.

UROPYGIUM est in avibus circa dorsi finem, ubi caudæ initium. In eo loco volucria & amphibia gerunt pinguedinem, quibus pulmas oblinunt, ne ad humidi misturam complanentur.

UROSCOPIA, est urinæ inspectio. Ab *ἥρως* urina, & *εξαντίως* inspicio.

URTICATIO est modus curandi paralyсин mediante percusione, urticis urentibus facta.

UTERI OSCULUM, vide *Osculum uteri*.

UTERI PROCIDENTIA, vide *Procidentia uteri*.

USNEA, est muscus ossibus vel arboribus adnascens. Germ. Moos.

UTERUS, Loci, Matrix, θηλή, οὐσία, γυνὴ Hesiod. & Homer. γυνὴ Hippocr. μῆθης ἀγγεῖον κυνηγεῖον Galeno, est pars organica in abdomen mulierum sita, quæ in fundum, collum & vaginam dividitur. Ligamenta duo lata & totidem teretica habet: Substantiam obtinet nervosam & fibrosam; crassities variat pro ætate, & tempore gestationis fœtus. Intus in fundo osculum habet, ex cuius cavitate menses profluunt, in quo & conceptio & generatio contingit: anterius vesicam habet, posterius intestinum rectum. Et sic homo inter fercus & urinam nascitur. Germ. die Mutter / Bährmutter.

VULNERARIA, vide *Traumatica*.

VULNUS, solutio est continui, externo aliquo instrumento, recens in parte facta, cum cutis apertione, estque varium, tam ratione loci & partis affectar, unde aliud nervi est, aliud carnis; quam instrumenti infligentis, unde si ab aliquo acuto cæsim illud fiat. *Sectio* vel *incisio*, si vero ab acuto punctum fiat, *punctura* vel *punctio* dicitur. Græcis τεφνη & τεφη: Germ. eine Wunde.

VULSELLA, vide *Vulsellæ*.

VULVA, est pudendum muliebre, vide *Cunus*.

UVU-

**UVULA**, vide *Cion*.

**UVEA MEMBRANA**, sive chorides, tunicæ scleroticae intus ferè per totum continua est, anterius perforata & aperturam pro oculi pupilla relinquit, quæ contrahi & dilatari potest.

## X.

**XENEXTON** idem quod *amuletum seu periama*.

**XEROPHTHALMIA**, est arida & sicca lippitudō. Ex ξηρός, aridus, & ὥφθαλμία oculorum dolor.

**XEROTES**, est sicca corporis dispositio. A ξηρόν sicco.

**XIPHOIDES**, est cartilago pectoris mucronata. Ex ξιφός ensis, & εἰδός forma.

**XYSSTER**, est scalprū rasorium, radendis ossibus aptum.

Gr. ξύστρο rado. Z.

**ZERNA**, idem quod *Lichen*.

**ZENEXTON** vid. Xenexton.

**ZIRBUS** Arab. idem quod *Omentum*.

**ZONE**, est ea pars corporis, qua cingimur. Item Herpetis species, ignis facer dicta, dicitur cum cognomine *Zona solatica*. A ζώνη cingo.

**ZOOGONIA**, est animalium perfectorum generatio, quæ vivos foetus excludunt. Ex ζῷον animal, & γένεσις genitura.

**ZOOTOMIA**, est animalium artificiosa sectio. Ex ζῷον animal, & τέμνει seco.

**ZOSTER** idem quod *Zona*.

**ZOTICA**, est facultas vitalis. A ζῶν vivo.

**ZULAPIUM** vid. *Julepus*.

**ZYGOMA**, est os jugale circa tempora. A ζυγός jugum.

**ZYTHOS** Cerevisia.

**ZYMOMA**, sive fermentum, ut nitrum aëreum, saliva, acre illud in ventriculo, sanguis linearis &c. A ζύμη fermeo

**ZYMOSIS**, vide *Fermentatio*.

Τύπτω μόσια δόξα κάρος τῷ θεῷ.



Otto Heurnius.	Oribasius.	Salus Diversus.
Joh. Heurnius.	Ovidius.	Saxonia.
Highmorus.	Owenus.	Scaliger.
Hildanus.	Pacuinus.	Scapula.
Hippocrates.	Paracelsus.	Schenkius.
Hoboken.	Pandolfinus.	Scheinerus.
Hofmannus.	Paræus.	Schola Salernit.
ab Hogelande.	Passleratius.	Schröderus.
Hollerius.	Pavius.	Scultetus.
Homerus.	Pechlinus.	Senguerdus.
van Horne.	Pecquet.	Sennertus.
Horstius.	Philotheus.	Servinus.
Isidorus.	Piso.	Spigelius.
Junius.	Pindarus.	Joh. Chr. Sturm.
Johnsonus.	Pinæus.	I. Sylvius.
Kircherus.	Platerus.	D. Le boe Sylvius.
Krollius.	Plautus.	Suetonius.
Kyperus.	Plempius.	Stiida.
Langius.	Plinius.	Svalve.
Laurentius.	Plutarchus.	Swammerdam.
Liddelius.	Pollux.	Tertullianus.
L. de Bils.	Primerosius.	Tulpius.
van der Linden.	Quercetanus.	Valverda.
Lowerus.	Regius.	Varro.
Dan Ludovicus.	Renodæus.	Vesalius.
Marchette.	Reusnerus.	Veslingius.
Malpighius.	Rhodiginus.	Virgilius.
Martialis.	Rhodius.	Walleus.
Massarias.	Riolanus.	Wedelius.
Mauriceus.	Riverius.	Wekkerus.
Moebius.	Rolfinkius.	Welschius.
Mollenbus.	Rondelerius.	Whartonius.
Mercurialis.	Rousettus.	Willisi.
Mindsight.	Rudbekius.	Wormius.
Needham.	Ryisch.	Zwelferus.
Neerius.	Sala.	Zwingerus.
Nicander.	Sanctorius.	& alii plures.

# Register.

A.		B.	
<b>A</b> Befegende Mittel		<b>B</b> Ad	<u>183</u>
Abgiessen	103	Band	<u>193</u>
Ab- oder auszehrende Fie-		Balsamirung der Todten	
ber	<u>162. 206</u>		<u>265</u>
Abrauchen	138	Bänsche	304
Achsel	41	Bäuchel dicke	134
Aldern	332	Beben	327
Alderlaß	<u>258. 332</u>	Bein	239
Alegende Mittel	<u>62. 89. 286</u>	Beinbruch	<u>57.</u> 150
Alp	131	Beizende Mittel	89
Ansteckende allgemeine		Bergmann	216
Seuche	132	Beule	260
Anwachsen der Augenlies-		Pest-Beule	48
der	20	Venus-Beule	<u>48</u>
der Zunge	20	Binde so auffgerollet	112
Appetit	<u>238</u>	Bissen	46
verlohrner	21	Blase	334
Apothecker	257	destillir	334
Kunst	<u>235. 257</u>	Blasen ziehend Pfaster	334
Urm-Röhre	<u>337</u>	Blattern	331
Armband	218	so feurig	120
Althem holen	<u>282</u>	Blau-Uuge	<u>128. 174. 333</u>
Aussblehung	<u>125. 181</u>	Bleiche Sucht	68
Aufsteigen der Mutter	175	Blick des Silbers	151
Augapffel	275	Blut	288
Augenwinckel	<u>53. 167</u>	Iigel	288
Verdunkelung	<u>3</u>	Wässerig	317
Lieder	<u>242</u>	Reich	263
Entzündung	<u>237</u>	spenyn	161
Aussaß	<u>190</u>	Reinigung	13
Ausfallen der Haare	<u>13. 202. 256.</u>	Stärkung	55
Austretung des Mast-		Lassung	258
Darms	269	stopfende Mittel	
Nabels	<u>140</u>	tiger Enter	<u>127. 185</u>
			288
			Glimz

# Register.

Bländer Kopff	98	Durchnähen	184
Bluten	161	Dücker währichter Ges	
Brandt	15. 154	schwulst am Schens	
Kalter	154	ckel	234
Bren	59	Dückbein über dem Knie	
Brechen	339		144
Mittel	125	Durst	298
Brennende oder beißende		E.	
Mittel	62. 277. 89	Slebogen	97
Brod Ungezaurtes	41	Empfängniß	84
Brust	250	Eingeweide	336
Bein	306	der groß hat	212
Geschwär	126	Einbildung und deren Kraft	
Mittel	250	256	
Brüste	204	s s gemachte Sachen	85
Bruch	48. 130. 165	Elster Auge	163
Fleisch	289	Engbrüstigkeit	37
Bandt	15. 309	Englischer Schweiß	21
Buckel	102	Entzündung	258. 259
C.		der Lunge	254
Apelle	53	Erfröhne Hände oder Füsse	
Chymische menten	Medicas		354
Chymisten	73	Essen unordentliches der	
scher Ofen	73	Kinder	6
Clystier	152	Efig	3
Sprühe	77	Eyerstock	240
Colica	130	Eyer das blutig ist	288
Conserv.	80	F.	
D.	86	Allendesucht	133
Arm der nüchtern	177	Feigwarze	147. 313
Gicht			
Der sich enthält	80	Fett	7
in keiner gütem haut.	2	Feür das aus denen Augen	
steckt		springt	206
Dunkelheit des Gesichts	49	Fieber	143
Durchfall	14	Hise	32
	III	tägliche	131. 278
		vier	

# Register.

vier täglich	278	Gegen Gifft	<u>II. 24</u>
drey täglich	320	Gehnen	<u>239</u>
Mittel	144	Gehirn	<u>65</u>
gute Tage	31	innere Theil.	<u>211</u>
Hinnen	160	Gehör	<u>40</u>
Gisteln	148	Gelbesucht	<u>176</u>
Gistulose Schäden	174	Gefochter Trank	<u>30</u>
Flecken	139	Gelinde WachsSalbe	<u>64</u>
auff dem Auge	335	Gemsen Kugel	<u>7</u>
Gleisch	55	Genick	<u>66</u>
wildes	151	Gerinnen der Milch oder des	
in Zähnen	135	Bluts	<u>327</u>
Flüsse	284	Gersfen Korn	<u>8</u>
Fontanelen	149	im Auge	<u>94</u>
Franzosen	200	Geruch	<u>126, 234</u>
Frucht	249	Gerippe	<u>290</u>
Leibes	249	Geschwär	<u>337</u>
treibende Mittel	14	so hohl ist	<u>26</u>
Frühzeitige Gebährung	2	Geschmack	<u>125</u>
Fühlen	318	Geschwärzung	<u>142</u>
: G.		Geschwür	<u>29, 162</u>
<b>G</b> alle	45	Geschwulst verhartete	<u>291</u>
Schwarze	38.213	Gesichte Dunkelheit	<u>14</u>
Blaselein	149	Gewachs Fleischiges	<u>289</u>
n Gang	267	Gewehnen	<u>1</u>
abführende Mittel	68	Gicht	<u>34</u>
		Fliegende	<u>35</u>
lichter Bauchfluss		Gifft treibende Arzney	<u>II</u>
	69	Glassfarbe	<u>127</u>
Niede	154	Glied	<u>35. 213</u>
Gaumen	242	Wasser	<u>175. 201</u>
Geblüt so überflügig	263	der Wehe	<u>34</u>
Gebuhet schwere	118	Gran	<u>159</u>
Gedächtnuß	214	Graupen	<u>12</u>
Gedärme	129	Grieß	<u>33</u>
Gefrorene Hände oder Füsse	254	Gurgel Wasser	<u>81. 154</u>
		Gülden Uder	<u>161</u>
		Hülz	

# Register.

H.	die gar hitzig sind	62	
<b>H</b> uß Geschwär	21	Hippocras Sack	205
Handgriff, künftlicher		Hirn Häutlein	207
	128	zarter oder dünner	
Hand voll	206		208
Harn		341 Hinter Haupt	232
Gang		340 Hoden	238
treibende Mittel		114 Honig Wasser	171
Harte Haut		5 Höle des Gehirns	333
Hasen Mundt	188	Hüfft beins	3
Auge	188	der Hand oder dess	
Scharte	187	Fusses	339
Haar Wurm	165.	hülfs Mittel zur Ges	
Haupt Beschwerung so ein		sundtheit	209
gewurzelt	63	Hüfsten	91
Schedel	92	Hüfft Bein	185
Schmerz ein seitiger		wehe	185
	220	Huner Auge	163
des Schulter beins	5	Hundes Hunger	102
Haut	100		
fleischige	244		
<b>H</b> äutlein	213		
des Herzens	253	Nehrung s. melius.	
das äusserste der Ge	253	Gährung	144
burt	70	Jucken	271
	312	Julep	186
Hestung			
Heiliges Feuer	136		
Heilende Mittel	86.326	<b>K</b> allk	52
Heiserkeit	47	Kalte Schale	185
<b>H</b> erz	88	Pisse	307
Häutlein	253	Randel Zucker	53
klopffen	242	Räzen Augen	163
bebien	242	Räyserlicher Schnitt	249
Stärckung	55	Rern	239
<b>H</b> elm		II. 154 Riemen	47
Hiße		32 Reuchen	37
Hitze Gieber		32 Reuung	207
		<b>K</b> ind	

# Register.

Kind das in der Geburt	Lenden Schmerzen	200
mit dem Füssen zu erste kommt	Lispeln	325
Kinebacken	9 Liebes-Trank	258
Klaret	205 Kopende Wahren	330
Knorpel Bein	76 Lufftröhre	33. 37
Knie	57 Mittlere Theil.	47
Scheibe	156 Lunge	274
Kolben	220 ein Geschwär	260
Knorren am Fuß	98 Lust zum Essen	30. 238
Krampff	204	M.
Mittel	91	
Krankheit die gefährlich	300 <b>M</b> laß	215
die langwürig	6 Mahl	307
Kräuter Bier	70 Magen	333
Säcklein	65 Mund	307
Wein	287 Schmerzen	55
Krebs	335 Mandeln	23. 248
Kröpfe	54 Milch	17
Kupfferhandel im Gesichte	181. 292 Männliche Ruhē	252
Kupferhandel im Gesichte	Masern	220
Kühl Fäß	160 March	212
L.	280 in Bäumen	211
<b>S</b> prungahme Verbauung	Marzipan	207
Lanzette	Median Über	209
Läusesucht	47 Medicamenten oder Mittel	
Laue	wieder die Krankheit	257
Lazareth	189 Meet	171. 213
Leber	260 Metall	216
Über	198 Milch	127
Flecken	230 Milch Übern	331
Lebens Geister	164 Milz	303
Leffzen	43 Beschwerung	173
Lähmung	303 Missgebährung	1
Leim	187 Missfarbig	4
Leichdorn	245 Mittel.	243
	80 zum Gehör	5. 240
	163 wieder den Schlag	22
		wieder

# Register.

wieder den Krampff Nahrung	12
<u>25.</u> 300 Narbe	73
Schliessende 73 Nasen - Sprüze	<u>284</u>
wieder den Husten <u>44</u> Neß	134
die da stärcken <u>18</u> umbs Herz	253
die zurück treiben <u>281</u> Nieder-Schlagung	<u>267</u>
Schmerz lindernde <u>21</u> Stürzung bey der fallenden Eucht	59
Ausführende 275	228. 281
Allgemein 243 Niere	228
Mittelle des Nabels 5 Wehe	306
Mohnhäupter <u>78</u> Niesen	307
Monatzeit 214 Pulver	D.
Mond Kalb 220	Dem schwerer <u>117.239</u>
Morsellen <u>222</u> holten <u>282</u>	
Moos <u>341</u>	
Mueß <u>27</u> Deßnende Mittel	26
Mundt <u>307</u> Ohnmacht	<u>119. 196</u>
Wasser <u>81. 108</u> Starcke	314
des Höle <u>48</u> Uhr	40
ober Theil 242 Läpchen	198
Muscel. <u>224</u> en Brausen Sausen	
Mutter s. Bahr Mutter <u>341</u> flingen	<u>324</u>
Ader 288 Schmalz	66
wehe <u>174</u> Schmerz s. Zwang	
Mutter Mundt <u>240</u> <u>240</u>	
Mahl <u>202.226</u> P.	
Aufsteigen; Zapfstein <u>255</u> Ech Pfaster	115
N. Pein	12
<b>N</b> Stadt <u>312</u> Pest	255
Nabel <u>337</u> Beule	48
Austretung <u>140</u> Pfanne	91
Nachgebuhrt <u>262.293</u> Pfaster; Rolle	105
Nachwanderer <u>230</u> Pillen	59
Nagel <u>273</u> Stech	312
Nägel <u>338</u> Potasche	76
	Pocken der Kinder
	331
	Pulse

# Register.

<b>P</b> uls			
unordentlicher	274	Sandt	33
Pflaster	36	Capell	61
Purgieren allzustark	131	digter Urin	271
D.	172	Saurbrunnen	4
<b>N</b> acksalber		Saure des Geblüts	5
Quell Meissel	9	Echarbock	292
Quitten Brot	112	Schärfe des Geblüts	5
R.	218	Schedel	51.92
<b>R</b> asserey	182	Scheer Messer	231
in hizigen	205	Scheidekunst	73
bern	250	Fies Schenkel	96
Recept	150	Schielen	145
Reiffung des Geschwärts	279	Schien Bein	307
Reinigung	199	Schlacken	323
des Geblüts	208	Schlafflosigkeit	9
Retorde	14	Mittel	173
Ringfinger	283	Sucht	56.58.82.192
Rippen	246	" " wachende	83
kurze	90	Schlaff	299
Bastard	91	Schlaffe	319
Rollen von Pflaster	231	Schlag	29
von Schwefel	137	Ader	26
Galbe	oder Schleim		222
Rost	202	Schlund	235
Rose	92	Schmeer	7
Rothenruhr	136	Schmelz Liegel	95
Roz	117	Werck	127
Rück	46	Schmerz	12
Graad	114.231	Schmincke	90
S.	302	Schnuppe	90
<b>S</b> iege	295	Schröpfen	290
Saft	Köpffe	98	
dicker	27	blinder Kopf	98
Samen Gefäße	119	Schubnaad	214
Salbe	302	Schulter Bladt	167
	338	Schweiglöcher	266

Verstopf

# Register.

Verstopfung	7	<u>Stimme so dunkel</u>	36
Schwere Stimme	117	<u>Stimmen</u>	157
Schwermühtigkeit	213	<u>Stopfende Mittel</u>	37
Schwindel	292	<u>Storger</u>	9
Schwindssucht	260	<u>Stinfende Dinge</u>	117
süchtiger	260	<u>Sucher</u>	301
ges Fieber	162	<u>Syrup</u>	316
Schwitz Eur	109		L.
Mittel	166	<u>Alg</u>	293
Seiten Stechen	263	<u>Taubheit</u>	87
Seuche allgemeine anstes		<u>Theil des Leibes</u>	249
ckende	132. 243	<u>Todte Erde</u>	319
Silverblick	151	<u>Tollheit</u>	205
Siechhaus	230	<u>Toller Hundezig</u>	101
Sommersprossen	130. 190	<u>Trepan</u>	L. 219
Sood	32	<u>Trichter</u>	128
Spanisches Fliegen Pflaster		<u>Tuncke</u>	43
	334.		B.
Spatel	300	<u>Bähren</u>	330
Speceren	33	<u>Über Bein</u>	154
Speichel	288	<u>zogene Sachen</u>	85
Speise	12	<u>Verfältschen</u>	7
die wenig nähret	236	<u>Venus Beule</u>	48
Sprüze	316	<u>Berg</u>	220
Staar	59	<u>Verdauung</u>	252
Stamlen oder Stottern	42	<u>Verdrehung</u>	113
de Nede	45	<u>Verhartende Mittel</u>	298
Stärckung	18	<u>Verpuffen</u>	107
des Herzhens	55	<u>Verstand</u>	183
des Bluts	55	<u>Losigkeit</u>	21
Stein	50.	<u>Verstopfung</u>	223
in Früchten	197	<u>Vorlage</u>	280
Marck	211	<u>Über Bein</u>	154
Schmerz	228	<u>zogene Sachen</u>	85
Schneiden	198	<u>Umlauff des Geblüts</u>	253
der	198	<u>Umschlag</u>	59
Steif Bein	28	<u>Unbeweglichkeit</u>	4
		Unfrucht	

# Register.

Unfruchtbarkeit	8	WindEyer	309
Ungarsche Kranckheit	338	Windel	143
Unlust zum Essen	36. 179	Winde	148
Unsinigkeit	21	Wirbel	334
Unterbauch	1	Wolffsbis	201
Umschlit	293	Wirkung	6
Unterkinn	48	Würme	200
Unordentlicher Puls	36. 120	Wunde	341
Vorlage	280	Mittel	326
Urin triebende Mittel	114	Wurm am Finger	248
Sandigter W.	271	3.	
<b>W</b> Achen	335	Sahn knirschēn	326
übrigess	9	Fleisch	156
Waffen Salbe	33	Schmerzen	233
Wange	155	Zähne die fordern	105 269
Warken	334	Gacken	105
Wassersucht	36. 171	Augen	102. 105
zwischen Fell und Fleisch	170	Spitz	102
Wasser Blählein	19	Zapff	74
Wärme eingebohrte	125	Zeichen	67
Weibliche Zeit	58. 214	der Kranckheit	297
Weiche in der Seite	173	Zerlegung	18
Wein gewässerter leichter	234	Zermalmungen	19
Wein Stein	235	Zertheilende Mittel	191. 282
Weiß im Auge	318	Zipperlein an Händen	67
Fluss	7. 10	Zittern	168
Weisser Fleck im Auge	10. 192	Zichen	204
Welt kleine	217	Zunge	195
Werck	148	Zufall	314
Wiecken	308	Zunehmen am Leibe	39
Wind-Offen	56. 193. 328	Zurück treibende Mittel	281
Bruch im Nabel	20	Zusammenwachung	der
Bruch	264	Glieder	270
		Zwerchfell	110
		Zwang Stul Zwang	319
		Zwitter	20. 165

\* (o) \*

5261878








































































278

